cõſuetudine humana nõ inueniat̄: q̄ꝛ vtiqꝫ
Puer.8 hoibus loquunt̄. Scḋm formā dei dictum
Pſ.109. eſt. Añ oẽs colles genuit me: ideſt añ om/
nes altitudines creaturaꝝ. Et añ luciferꝝ ge
nuit te: ideſt ante oia t̄pa ⁊ t̄palia. Scḋm for
Puer.8 mā aut̄ ſerui dictū ē. Dñs creauit me i ꝓnci
Jo.14. pio viaꝝ ſuaꝝ. Quia ſecūdū formā dei dixit
Ibidē Ego ſum veritas: ⁊ ſcḋꝫ formā ſerui. Ego
ſum via. Quia eniꝫ ip̄e ē ꝓmogenitꝰ a mor
tuis: iter fecit eccl'e ſue ad regnū dei ad vitaꝫ
eternam: cui caput ē ad imortalitatē etiā cor
poris: iõ creatꝰ eſt in ꝓncipio viaꝝ ſuaꝝ in
opa eius. Scḋm formā eniꝫ dei: ꝓncipium
Jo.8. eſt: qḋ ⁊ loquit̄ nobis. In quo principio fe/
Gen.1 cit deus celū ⁊ terrā. Scḋm formā aūt ſui.
Pſ.18 Sponſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. Scḋm
Colo.1 formā dei: primogenitꝰ omnis creature. ⁊
Ibidē ip̄e añ oẽs eſt: ⁊ omnia in illo cõſtāt. Scḋꝫ
Ibidē formā ſerui: ipſe eſt caput corporis eccleſie.
Scḋm formā dei: dñs eſt glorie. Vñ mani
feſtum eſt: ꝙ ipſe glorificet ſanctos ſuos.
Ro.8. Quos eni ꝑdeſtinauit hos ⁊ vocauit: ⁊ q̊s
vocauit ip̄os ⁊ iuſtificauit. Quos aūt iuſti/
ficauit: ipſos ⁊ glorificauit. De illo q̄ppe di
ctū eſt. ꝙ iuſtificet impiū. de illo dictū eſt: ꝙ
Ro.3. ſit iuſtus ⁊ iuſtificās. Si ergo quos iuſti/
Ro.8. cauit: ipſos ⁊ glorificauit. qui iuſtificat ipſe
⁊ glorificat q̄ eſt vt dixi dñs glorie. Scḋm
Mat.20 formā t̄n ſerui ſatagētibꝰ diſcipulis de glori
ficatiõe ſua rñdit. Sedere ad dexterā vel ad
ſiniſtrā nõ eſt meū dare vobis: ſed quibus
paratū ē a patre meo. Quod aūt paratū eſt a
Joh.10 patre eius: ⁊ ab ipſo filio paratum eſt. quia
ipſe ⁊ pater vnū ſunt. Iaꝫ enim oſtendimꝰ
in hac trinitate ꝑ multos diuinarū locutio/
num modos: etiam de ſingulis dici ꝙ om/
nū eſt. ꝓpter inſeꝑabilē operationē vnius
euiſdēqꝫ ſubſtātie. Sicut ⁊ de ſpiritu ſctõ
Joh.16 dicit. Cū ego iero: mittā eū ad vos. Nõ d.

xit mittemꝰ. ſed ita quaſi tantū filius eū miſ/
ſurus eſſet. ⁊ non pater. cuꝫ alio loco dicat.
Hec locutus ſuꝫ vobis apud vos manēs. Jo.1
Aduocatꝰ aūt ille ſpiritꝰ ſcilicet quē mittet
pater in nomine meo. ille vobis declarabit
omnia. Hic rurſus ita dictuꝫ eſt. quaſi non
eū miſſurus eſſet ⁊ filius. ſꝫ tantū pater. Si mat.
cut ergo iſta. ita ⁊ illud qḋ ait. ſꝫ quibꝰ para
tū eſt a patre meo. cū patre ſe intelligi voluit
parare ſedes glorie quibus vellet. Sed dic̄
aliquis. Ille cum de ſpiritu ſancto loqueret̄
ita ſe miſſurū ait vt nõ negaret patrem miſ/
ſurum. ⁊ alio loco ita patrē. vt non negaret
ſe miſſurū. hic vero apte ait. nõ eſt meū da/ Ibid
re vobis. atqꝫ ita ſecutꝰ a patre dixit iſta pre
parata. Sed hoc eſt qḋ ꝑſtrinximus ſecūdū
formā ſerui dictū. vt ita intelligeremus. nõ
eſt meum dare. ac ſi diceret̄. nõ eſt humane
poteſtatis hoc dare. vt ꝑ illud intelligat̄ hoc
dare. ꝑ qḋ deus ⁊ equalis eſt patri. Non ē Vbi
inquit meū dare. id eſt: nõ humana poteſta
te iſta do: ſed quibꝰ paratuꝫ eſt a patre meo.
Sed iam tu intellige: q̄ꝛ ſi omnia que habet Jo.1
pater mea ſunt: ⁊ hoc vtiqꝫ meū eſt: ⁊ cū pa/
tre iſta paraui. Nam ⁊ illud quero quõ di/
ctū ſit. Siqs nõ audiuit verba mea: ego nõ Joh.
abiudicabo eū. Fortaſſis enim ita hic dixit.
Ego nõ iudicabo illum: quēadmodum ibi.
Nõ eſt meū dare. Sed qḋ hic ſequit̄. Non Ibid
enim veni inquit vt iudicē mundum: ſꝫ vt
ſaluum faciam mundū. Deinde adiungit ⁊ Joh.
dicit. Qui me ſpernit ⁊ non accipit verba
mea habet q̄ ſe iudicet. Hic iā itelligeremꝰ
patrē: niſi adiungeret ⁊ diceret. Verbū qḋ Ibid
locutus ſū: ip̄m iudicabit illū in nouiſſimo
die. Quid igit̄ iā nec filius iudicabit: quia
dixit. Ego nõ iudicabo illū: nec pater: ſed Vbi
v̄bū qḋ locutꝰ eſt filiꝰ: imo potius audi ad/
huc qḋ ſequitur. Quia ego inquit nõ ex me Ibid
locutus ſuꝫ: ſed ille qui me miſit pater: ille
mādatum mihi dedit quid dicā aut quid lo/
quar: ⁊ ſcio q̄ꝛ mādatū eius vita eterna eſt.
Que ego loquor ita vt dixit mihi pat̄ ſic lo/ Ibid
quor. Si ergo nõ iudicat filiꝰ: ſed verbū qḋ
locutꝰ eſt filius. Iõ aūt iudicat verbū qḋ lo
cutꝰ eſt filius: q̄ꝛ nõ ex ſe locutꝰ eſt filius: ſꝫ
qui miſit eum pater mandatū dedit ei quid
dicat: ⁊ quid loquat̄: pater vtiqꝫ iudicat cu/
ius verbū eſt quod locutꝰ eſt filiꝰ: atqꝫ ipſuꝫ
v̄bū patris idē ē filiꝰ ip̄e. Nõ eniꝫ aliud ē

mandatū patris: aliud verbū patris. Nā z
Vbi.s verbū h appellauit z mandatū. Videam⁹
ꝗ ne forte ꝙ ait: Ego nō ex me locut⁹ sum:
hoc intelligi voluerit: ego nō ex me natus
sum. Si eī v̄bū patris loquit̄: seipsum lo
quit̄: quia ipse est verbū patris: plerūqꝫ eīm
dicit: dedit mihi pater: in quo vult intelligi
ꝙ cū genuerit pater: nō vt tanqꝫ iam existē/
ti z nō habenti dederit aliqd: sed ipsuꝫ dedis
se vt haberet: genuisse ē vt essꝫ. Nō eniꝫ sicē
Joh.1 creatura: ita dei filius ante incarnationeꝫ: z
ante assumptā creaturā vnigenitus: ꝑ queꝫ
facta sunt oīa: aliud ē: z aliud habet: sed hoc
ipm ē: qđ est id qđ habet. Qđ illo loco ma/
Joh.5 nifestius dicit̄: siqs ad capiēdū sit idoneus:
vbi ait. Sicut habet pater vitā in semetipo
ita dedit vitā habere filio i semetipo. Neqꝫ
eīm iā existenti z vitā non habenti dedit vt
haberet vitā in semetipso: cum eoipso qđ est
vita sit hoc est ergo dedit filio vitam habere
in semetipso: genuit filiū incōmutabilē vitā
1.Jo.5 qđ est vita eterna. Cū ergo verbū dei sit fi/
lius dei: z fili⁹ dei sit ver⁹ de⁹: z vita eterna
sicut in epistola sua dicit. Johānes: ēt hic
Joh.12 qd aliud cognoscim⁹: cū dicit dn̄s: V̄bū qđ
locutus suꝫ: ipm iudicabit eū in nouissimo
die: z ipm verbū patris verbuꝫ esse dicit: z
Ibidez mandatū patris ipmqꝫ mandatū vitā eter/
nam: Et scio inquit qꝛ mandatum eius vita
Ibidez eterna est. Quero itaqꝫ quō intelligamus:
Ego nō iudicabo: sed verbū qđ locut⁹ sum
iudicabit: qđ ex cōsequentib⁹ apparet ita di/
ctum: ac si diceret: ego nō iudicabo: sꝫ ver/
bum patris iudicabit. verbuꝫ aūt patris est
ipse filius dei. Siccine intelligendum est:
ego nō iudicabo. sed ego iudicabo: quomō
istud pōt esse veꝝ. nisi ita ego sꝫ nō iudica/
bo ex potestate humana: qꝛ filius hominis
sum. sꝫ ego iudicabo ex potestate verbi: qꝛ
fili⁹ dei suꝫ. Aut si cōtraria z repugnātia vi
dentur. ego nō iudicabo: sed ego iudicabo,
Joh.7 qd illinc dicim⁹: vbi ait. Mea doctrina nō
est mea. quomō mea: quomō nō mea. Nō
eni dixit: ista doctrina nō est mea: sed mea
doctrina nō est mea: quā dixit suaꝫ: eandeꝫ
dixit nō suaꝫ. Quō istud verū est: nisi scđm
aliud suā dixerit: scđm aliud nō suā. Scđꝫ
Ibidez formā dei suā: secunduꝫ formā serui nō su/
am. Cū eni dicit: nō est mea: sed ei⁹ qui me
misit: ad ipm verbū nos fecit recurrere. do

ctrina eni patris ē verbū patris qui est vni
cus fili⁹. Quid sibi z illud vult: q in me cre Joh.12
dit: nō in me credit: quō in ipm: quō nō in
ipm: quō tā cōtrariū sibiqꝫ aduersuꝫ pōt in
telligi: qui in me credit inqt nō in me credit Vbi.s
sed in eū qui me misit: nisi ita intelligas: q
in me credit: non in hoc qđ videt credit: ne
sit spes nr̄a in creatura: sꝫ in eo qui suscepit
creaturā i qua humanis oculis appareret:
ac sic ad se equalē patri cōtemplandum per
fidem corda mūdaret. Ideoqꝫ ad patrē re
ferēs intentionē credentium z dicēs: nō in
me credit: sed in eū q me misit: nō vtiqꝫ se a
patre: id ē ab illo qui eū misit voluit separi:
sed vt sic in eū crederet̄: quō in patrem cui
equalis ē. Qđ apte alio loco dic̄. Creditis Jo.14.
in deū z in me credite: idest sicut creditis i
deū: sic z in me: qꝛ ego z pater vnus deus.
Sicuti ergo hic tāqꝫ abstulerit a se fidē ho Joh.10
minū: z in patrē trāstulerit: dicendo: nō in Joh.12
me credit: sꝫ in euꝫ qui me misit: a quo tn̄ se
vtiqꝫ nō separauit. Sic etiam qđ ait: nō est mat.20
meū dare sed quib⁹ paratū est a patre meo:
puto clarere scđm quid vtrūqꝫ accipiēdum
sit. Tale ē eni z illud: ego nō iudicabo: cuꝫ Joh.12
ipe iudicatur⁹ sit viuos z mortuos: sꝫ qꝛ nō
ex potestate humana, ꝓpterea recurrens ad
deitatē: sursum erigit corda hoīm: ꝓpter q̄
subleuanda descēdit. De vnitate
persone filij dei z filij hominis: siue in glo
ria siue in humilitate. Ca.xiij.

n Isi tn̄ ipe idē esset fili⁹ hominis ꝓ
pter formā sui quā accepit q fili⁹ ē
dei ꝓpter dei formam in qua est. nō diceret
apl̄us. Paul⁹ de ꝑncipib⁹ hui⁹ seculi. Si
eni cognouissēt. nūqꝫ dn̄m glie crucifixis/
sent. Ex forma eni serui crucifixus est. z tn̄
dn̄s glie crucifix⁹ ē. Talis eni erat illa su/
sceptio q̄ deū hoīem faceret: z hoīeꝫ deuꝫ.
quid tn̄ ꝓpter qd: z quid secundum qd dica
tur: adiuuāte dn̄o: prudēs z diligēs z pius
lector intelliget. Nam ecce diximus: quia
scđm id qđ deus est: glorificat suos: scđm
hoc vtiqꝫ qđ dn̄s glorie est: z tn̄ dn̄s glorie
crucifixus est: qꝛ recte dicit̄ z de⁹ crucefix⁹:
nō ex virtute diuinitatis: sꝫ ex ifirmitate car
nis. sicut dicimus: qꝛ scđm id qđ deus ē iu
dicat: hoc est ex ptāte diuina: nō humana.
Et tn̄ ipe homo iudicaturus est: sicut dn̄s
glorie crucifixus est. ita eīm apte ait: Cū ve mat.25

nerit filius hoīs in gloꝛia ſua: ⁊ oēs angeli
eiꝰ cū eo: tūc cōgregabunť ante eū oēs gen
tes: ⁊ cetera. que de futuro iudicio vſq3 ad
vltimā ſententiā in eo loco p̄dicanť. Et iu/
Zach. 12 dei q̄ppe q in malicia ſua pſeuerātes: in illo
iudicio puniēdi ſunt. ſicut alibi ſcriptu3 eſt:
Videbunt in quē pupugerūt. Cū eni ⁊ bo
ni ⁊ mali viſuri ſūt iudicē viuoꝛū ⁊ moꝛtuo
rū: pꝛoculdubio eum videre non poterunt
mali: niſi ſcd̄m foꝛmā qua filius hoīs ē: ſ3
tñ in claritate in qua iudicabit: nō in humi
litate in qua iudicatꝰ eſt. Ceteꝝ illā dei foꝛ
mam in qua eq̄les eſt patri, ꝓculdubio im/
pij nō videbūt. Nō eni3 ſunt mūdicoꝛdes.
Mat. 5 Beati eni mundicoꝛdes: qm̄ ip̄i deū vide
būt. Et ip̄a viſio ē facie ad faciē: q̄ ſummū
j Cō. 15 pꝛemiū ꝓmittiť iuſtis: ⁊ ip̄a fiet: cu3 tradet
regnū deo ⁊ patri. in quo ſue foꝛme viſionē
vult intelligi. ſubiecta deo vniuerſa creatu
ra. ⁊ ip̄a in qua filius dei filius hoīs factus
eſt. Quia ſcd̄m hāc ⁊ ip̄e filiꝰ tūc ſubiectus
Ibidē3 illi erit: qui ei ſubiecit omnia: vt ſit deꝰ om
nia in omnibus. Alioquin ſi filiꝰ dei iudex
in foꝛma qua equalis ē patri: etiā impijs cū
iudicaturus eſt apparebit. Quid eſt qd̄ ꝑ
Jo. 14 magno dilectoꝛi ſuo polliceť dicēs. Et ego
diligā eū. ⁊ oſtēdā meip̄3 illi. Quapꝛopter
filius hoīs iudicaturus ē. nec tñ ex hūana
ꝑtāte: ſ3 ex ea q̄ filius dei eſt. Et rurſus fili
us dei iudicaturus ē. nec tñ in ea foꝛma ap
parens: in qua deus eſt equalis patri. ſ3 in
ea qua filius hoīs ē. Itaq3 vtrūq3 dici pōt.
⁊ filius hoīs iudicabit. ⁊ nō filiꝰ hoīs iudi
cabit. Quia filiꝰ hoīs iudicabit: vt verū ſit
mat. 25 qd̄ ait. Cū venerit filius hoīs tūc cōgrega
bunť ante eū oēs gētes. Et nō filiꝰ hoīs iu
dicabit. vt veꝝ ſit qd̄ ait. Ego nō iudicabo.
Joh. 8 Et ego nō quero gloꝛiā meā: eſt q querat ⁊
iudicet. Nā ſcd̄m id qd̄ i iudicio nō foꝛma
dei: ſed foꝛma filij hoīs apparebit: nec ipſe
Joh. 5 pater iudicabit. Scd̄3 hoc eni dictū ē: Pa
ter nō iudicat quemquā. ſed omne iudiciu3
dedit filio. Qd̄ verū ex illa locutione dictu3
ſit: quā ſupꝛa cōmemoꝛauimꝰ: vbi ait: Sic
Ibidē3 dedit filio habere vitā i ſemetip̄o: vt ſignifi
caret q: ſic genuit filiū: An ex illa de qua lo
Phi. 2 quiť ap̄ls dicēs: Pꝛopť qd̄ eū ſuſcitauit: ⁊
donauit ei nomē qd̄ eſt ſup oē nomē. Hoc
eni de filio hoīs dictū eſt: ſcd̄m quē dei filiꝰ
Ibidē3 excitatus ē a moꝛtuis. Ille quippe in foꝛma

dei equalis eſt pr̄i: ex q̄ ſe exinaniuit: foꝛmā
ſerui accipiēs. in ip̄a foꝛma ſerui ⁊ agit ⁊ pa
titur ⁊ accipit: q̄ cōſequenter cōtexit apoſto
lus: Humiliauit ſe factꝰ obediēs vſq3 ad moꝛ Ibid
tē: moꝛtē aūt crucis: ꝓpter qd̄ deꝰ illū exalta
uit: ⁊ donauit ei nomē qd̄ eſt ſup omne no/
mē: vt in noīe ieſu oē genu flectať. celeſtiu3
terreſtriū ⁊ infernoꝝ: ⁊ oīs lingua cōfiteať:
q: dñs ieſus xp̄s in gloꝛia ē dei pr̄is: Vtrū
ergo ſcd̄m illā: an ſcd̄m iſtā locutionem di/
ctū ſit. Q̄ ē iudiciu3 dedit filio: ſatis hinc ap Job.
paret: quia ſi ſcd̄m illud diceret ſcd̄m qd̄ di
ctū eſt: Dedit filio habere vitā i ſemetipſo: Ibid
nō vtiq3 diceret: pater nō iudicat quēquā.
Scd̄3 hoc eni q: equalē pater genuit filiu3
iudicat cū illo. Scd̄m hoc ergo dictu3 eſt q:
in iudicio nō i foꝛma dei: ſ3 foꝛma filij hoīs
apparebit. Non quia nō iudicabit qui de/
dit omne iudiciū filio. cū de illo dicat filius.
Eſt qui querat ⁊ iudicet. ſed ita eſt dictum: Job.
Pater nō iudicat quē꜉: ſed omne iudiciū Job.
dedit filio: ac ſi diceret. Patrē nemo vide
bit in iudicio viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ: ſed omnes
filiū: q: filius hoīs eſt vt poſſit ⁊ ab impijs
videri. cū ⁊ illi videbūt in que3 pupugerūt. Zach.
Qd̄ ne conijcere potiꝰ q̄3 apte demōſtrare
videamur: ꝓferemꝰ eiuſdē dñi certā mani
feſtāq3 ſententiā: qua oſtendamus ip̄am ſu
iſſe cām vt diceret: Pať nō iudicat quē꜉: Job.
ſed omne iudiciū dedit filio: q: iudex in foꝛ
ma filij hoīs apparebit: que foꝛma nō ē pa
tris ſed filij. Nec ea filij in qua equalis eſt
patri: ſed in q̄ minoꝛ eſt patre: vt ſit in iudi/
cio cōſpicuus ⁊ bonis ⁊ malis. Paulo eni
poſt dicit: Amē dico vobis: quia qui ver/ Ibid
bum meū audit ⁊ credit ei qui miſit me: ha
bet vitā eternā: ⁊ in iudiciū nō veniet: ſed
trāſit a moꝛte in vitā. Hec vita eterna ē illa
viſio que nō ꝑtinet ad malos. Deinde ſeq
tur: Amen amē dico vobis: q: veniet hoꝛa Ibid
⁊ nunc eſt: cū moꝛtui audient vocē filij dei:
⁊ qui audierint viuent. Et hoc ꝓpꝛium eſt
pioꝛū: qui ſic audiūt de incarnatione eius:
vt credāt q: filius dei eſt. id eſt ſic eū ꝓpter
ſe factum accipiunt minoꝛē patre in foꝛma
ſerui: vt credant q: equalis eſt patri in foꝛ/
ma dei. Et ideo ſequitur: ⁊ hoc ip̄m cōmē
dās dicit: Sicut pater habet vita3 in ſemet
ipſo: ita dedit ⁊ filio vitam habere in ſemet Joh
ipſo. Deinde venit ad viſionē ſue clarita/

lis in qua venturus eſt ad iudiciū: que viſio
cōmunis erit ⁊ impijs ⁊ iuſtis. Sequit̄ cuiꝫ
Ibideꝫ ⁊ dicit. Et poteſtatē dedit ei iudiciuꝫ facere
qm̄ filius hois eſt. Puto nihil eſſe maniſe/
ſtius. Nam qꝛ filius dei eſt equalis patri: n̄
accepit hāc poteſtatē iudicij faciēdi: ſꝫ habet
illā cuꝫ patre in occulto. Accepit autē illam:
vt boni ⁊ mali euꝫ videāt iudicantē: qꝛ fili⁹
hominis eſt. Viſio quippe filij hominis ex
hibet̄ ⁊ malis. Naꝫ viſio forme dei non niſi
Mat. 5 mūdis corde: qꝛ ipſi deū videbunt. id eſt ſo
lis pijs exhibebit̄: quoruꝫ dilectioni hoc ipꝫ
ꝑmittit: qꝛ ſeipſuꝫ oſtēdet illis. Et ideo vide
Iob. 5 quid ſequat̄. Nolite mirari hoc īquit. Quid
nos prohibet mirari: niſi illō qd̄ reuera mi
ratur omnis qui nō ītelligit: vt ideo diceret
patrē dediſſe ei poteſtatē iudicium facere: qꝛ
filius hominis eſt: cum magis quaſi hoc ex
pectaretur vt diceret: qm̄ filius dei eſt. Sed
quia filiuꝫ dei ſcd̄m id qd̄ in forma dei equa
lis ē patri videre iniq nō poſſunt. Oportet
aūt vt iudicē viuoruꝫ ⁊ mortuoruꝫ corā quo
iudicabunt̄: ⁊ iuſti videant ⁊ iniqui. Nolite
Vbi. s̄ īquit hoc mirari: qm̄ venit hora in qua om/
nes qui in monumētis ſunt audient vocem
eius: ⁊ prodiēt qui bona geſſerunt in reſur/
rectionē vite: qui mala geſſerunt in reſurre/
ctionem iudicij. Ad hoc ergo oportebat vt
ideo acciperet hanc poteſtatem qꝛ filius ho
minis eſt: vt reſurgētes omnes viderēt euꝫ
in forma in qua videri ab hominibus poteſt
ſed alij ad damnationem: alij ad vitam eter
nam. Que eſt autē vita eterna: niſi illa viſio
que nō cōceditur impijs: vt cognoſcant te in
Io. 17. quit vnum verum deum: ⁊ quē miſiſti ieſuꝫ
chriſtum. Quō ⁊ ipſum ieſuꝫ chriſtuꝫ: niſi
quēadmodum vnū verꝫ deū qui oſtēdet ſe/
ipſum illis. Nō quō oſtēdet ſe etiam puniē
dis in forma filij hois: ſcd̄m illā viſionē bo
nus ē: ſcd̄m quā viſionē deus apparet mū/
Ps. 72. dis corde: qm̄ q̄ꝫ bon⁹ deus iſrael rectis cor
de. Quādo aūt iudicē videbūt mali: nō eis
videbit̄ bonus: quia nō ad eum gaudebunt
Apoc. j corde: ſed tūc ſe plangent omnes tribus ter
re. in numero vtiqꝫ omniū maloꝝ ⁊ infide/
liuꝫ. Propter hoc etiā illi q euꝫ dixerat ma/
giſtrum bonū: querēs ab eo ꝯſiliuꝫ cōſequē
Mat. 19. de vite eterne reſpōdit. Quid me iterrogas
de bono. nemo bonus niſi vnus deus. cuꝫ
⁊ hominēꝫ alio loco dicat bonum ipſe dn̄s.

Bonus homo inquit de bono theſauro cor mat. 12.
dis ſui profert bona: ⁊ malus homo de ma
lo theſauro cordis ſui profert mala. Sed qꝛ
ille vitam eternā querebat. Vita autē eter/
na eſt in illa cōtemplatione: qua nō ad penaꝫ
videtur deus: ſed ad gaudium ſempiternū.
⁊ nō intelligebat cum quo loquebatur: q tan
tūmodo filium hominis arbitrabat̄. Quid
me interrogas inquit de bono. id eſt iſtā for mat. 19.
mam quaꝫ vides quid interrogas de bono:
⁊ vocas me ſecūduꝫ qd̄ vides magiſtrū bo/
num. hec forma filij hominis eſt: hec forma
accepta ē: hec forma apparebit in iudicio: nō
tm̄ iuſtis: ſed ⁊ impijs. ⁊ huius forme viſio
nō erit in bonum eis qui male agūt. Eſt aūt
viſio forme mee in qua cum eſſem: nō rapi/
nam arbitratus ſum eſſe equalis deo: ſed vt Phi. 2
hanc acciperem meipſuꝫ exinaniui. Ille er
go vnus deus pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus:
qui nō apparebit niſi ad gaudium qd̄ nō au
feretur a iuſtis. Cui gaudio futuro ſuſpira/
bat qui dicit. Vnam petij a dn̄o hanc requi ps. 26.
rā: vt inhabiteꝫ in domo dn̄i ꝑ omnes dies
vite mee: vt cōtempler delectatiōeꝫ domini.
Vnus ergo deus ipſe eſt ſolus bonus. ad
hoc qꝛ nemo eū videt ad luctū ⁊ planctū: ſed
tantum ad ſalutem ⁊ leticiam veram. Secū
dū illā formā ſi me ītelligis: bon⁹ ſūt. Si au
tē ſcd̄m hāc ſolā: qd me interrogas de bono
ſi inter illos es q videbūt in quē pupugerūt
⁊ ipſa viſio malū eis erit: qꝛ penalis erit. Ex
iſta ſententia dixiſſe dn̄m: qd me interrogas
de bono: nemo bon⁹ niſi vnus deus. His mat. 19.
documētis que cōmemoraui ꝓbabile eſt: qꝛ
illa viſio dei qua cōtemplabimur incōmuta/
bilem atqꝫ humanis oculis inuiſibilem dei
ſubſtātiā que ſolis ſanctis ꝓmittit̄: quā dicit
apl's paulus: facie ad faciem. ⁊ de qua dicit j Co. 13
aplus iohānes. Siles ei erimus qm̄ vide/ j. Io. 3
bimus eū ſicuti ē: ⁊ de qua dicit̄. Vnā petij
a dn̄o hāc requirā: vt cōtempler delectatiōeꝫ ps. 26.
dn̄i. ⁊ de q̄ dicit ipſe dn̄s. Et ego diligā eū Io. 14.
⁊ oſtendā meipſuꝫ illi. ⁊ ꝓpter quā ſolā fide
corda mūdam⁹: vt ſimus beati mūdicordes Mat. 5
qm̄ ipſi deuꝫ videbunt. Et ſi qua alia de iſta
viſione dicta ſunt. que copioſiſſime ſparſa
ꝑ omnes ſcripturas inuenit: qſquis ad eam
querendā: oculum amoris intendit: ſola eſt
ſummū bonū noſtrum: cuius adipiſcēdi cau
ſa precipimur agere quicquid recte agimus.

Viſio vero illa filij hoīs q̄ p̄municipata eſt:
mat. 25 cū cōgrebabunť oēs gentes ante eū ⁊ dicēt
ei. Dn̄e qn̄ te vidimus eſurientē ⁊ ſitientē
⁊ cetera. nec bonū erit impijs q mittentur in
ignē eternū. nec ſūmū bonū erit iuſtis. Ad/
huc eniȝ vocat eos ad regnū: qd̄ eis paratū
mat. 25 eſt ab initio mūdi. Sicut eniȝ illis dicet. Ite
Ibidē in ignē eternū. ita iſtis: venite bn̄dicti pr̄is
mei: poſſidete paratū vobis regnū. Et ſicut
Ibidē ibunt illi in cōbuſtionē eternam. ſic iuſti i vi
tam eternā. Quid eſt autem vita eterna: ni/
Jo. 17. ſi vt cognoſcant te inquit vnū veruȝ deum:
⁊ quē miſiſti Jeſum xp̄m. Sed iā in ea cla/
ritate de qua dicit patri: quaȝ habui apud te
j Cō. 25 priuſq̄ȝ mundus fieret. Tunc eniȝ tradeť re
mat. 25 gnuȝ deo ⁊ patri: vt intret ſeruus bonus in
gaudiū dn̄i ſui: ⁊ abſcondat eos quos poſſi/
det deus in abſcondito vultus ſui a cōturba
tione hoīuȝ: eoꝝ ſcȝ qui tunc cōturbabuntur
Ps. iij audientes illā ſententiā: a quo auditu malo
iuſtus nō timebit: ſi modo ꝓtegať in taber/
naculo. id eſt in fide recta catholice eccleſie a
ꝯtradictione linguarū. id eſt a calūnijs here/
mat. 19. ticoꝝ. Si vero eſt alius intellectus verboꝝ
dn̄i qbus ait: quid me interrogas de bono:
nemo bonꝰ niſi vnus deus: dn̄i non ideo
credať maioris bonitatis eſſe patris q̄ȝ filij
Joh. j. ſubſtātia: ſecundum quā verbū eſt. p quod
facta ſunt oīa: nihilq̄ȝ abhorret a ſana doctri
na ſecuri vtamur: non vno tantuȝ: ſed quot
quot reperiri potuerint. Tanto eniȝ fortius
cōuincuntur heretici: quanto plures exitus
patent ad eorum laqueos euitandos. Sed
ea que adhuc cōſideranda ſunt: ab alio peta/
mus exordio.

Explicit liber primus de trinitate.

Incipiunt capitula libri ſecundi.

j De regulis ſecundum quas ſcriptura de patre loquiť ⁊ filio.
ij De his ſcripture locis in qbus dubiū eſt an ꝓpter aſſumptā creaturā minorē patre iudicent filiuȝ. an vero hoc tātuȝ quod licet equalem patri. tn̄ ⁊ de patre ſic doceant.
iij De his que ſpiritū ſanctū nō minorem patre indicant. ſed tantuȝ qꝫ de patre ꝓcedit.
iiij De clarificatione qua ⁊ pater filiū glorificat ⁊ filius patrem.
v Quō intelligenda ſit miſſio: ſiue filij: aut ſpiritusſancti.
vi Quid ſit qꝫ nunq̄ȝ legiť pater maior ſpiritusſancto: aut ſpiritusſanctus minor patre.
vij Propoſitio queſtionis de multimodis apparitionibus dei: quaꝝ quedam miſſiones appellanť: cum pater miſſus nō queat dici: ſed aut filius: aut ſpiritus ſanctus cooperāte tn̄ in oībus trinitate.
viij De his que naturam dei viſibilem putauerunt.
ix De his qui filium volunt etiā ante carnis aſſumptionem fuiſſe mortalem: vt ſolus pater immortalitatem habere credatur.
10 An indiſcrete deus trinitas patribus apparuerit. An aliqua ex trinitate perſona.
xi De tribus viris abrae viſis: cū quibus ſicut cum domino deo loquiť.
xij De duobus angelis q in humana forma apparuerunt loth: ⁊ in quibus dominus ſingulariter appellať.
xiij De viſione moyſi qua deum vidit in oreb per ignem in rubo.
xiiij De apparitōe dei in exitu iſrael de egypto.
xv De his que diuinitus geſta ſunt coraȝ moyſe in monte ſyna.
xvi Utrum deus per ſuaȝ ſubſtantiā moyſi apparuerat: an per viſibilem creaturam.
xvij Quō ex perſona dn̄i Jeſu xp̄i dicta intelligenda ſint moyſi: ponam te ſup̱ petram ⁊ auferam manum meam ⁊ poſteriora mea videbis.
xviij De viſiōe danielis in qua illi ⁊ patris ⁊ filij perſona apparuit in ſpecie corporali.

Aurelij Auguſtini de trinitate in ſecunduȝ librum proemium.

c Um hoīes deū querūt: ⁊ ad intelligentiā trinitatis pro captu infirmitatis humane animū intendunt: experti difficultates laborioſas: ſiue in ipſa acie mentis conātes intueri inacceſſibilem lucē: ſiue in ipſa multiplici ⁊ multimo

da locutiõe ſcripturarum vel litterarꝫ ſacra-
rũ: vbi mihi nõ videt̃ niſi atteri aiaꝫ: vt xp̃i
gratia gloꝛificata dulceſcat: cũ ad aliqd cer/
tũ diſcuſſa omni ãbiguitate puenerint facilli
me debent ignoſcere errãtibus in tanti pue
ſtigatione ſecreti. Sed duo ſunt que in erro
re hominũ difficillime tolerant̃ preſumptio
priuſq̃ꝫ veritas pateat: ⁊ cũ iam patuerit pre
ſumpte defenſio falſitatis. A quibus duob⁹
vitijs nimis inimicis inuẽtioni veritatis: ⁊
tractationi diuinoꝝ ſanctoꝛũq̃ꝫ libꝛoꝝ: ſi me
vt p̃coꝛ ⁊ ſpero: deus defenderit atq̃ꝫ muni
Pſ̃. 5 uerit ſcuto bone voluntatis ſue: ⁊ gratia mi
ſericoꝛdie ſue: nõ ero ſegnis ad inquirendã
ſubſtãtiã dei: ſiue p ſcripturã eius: ſiue per
creaturã. Que vtraq̃ꝫ nobis ad hoc ꝑponit̃
intuenda: vt ipſe queraẗ: ipſe diligaẗ: q ⁊ illã
inſpirauit: ⁊ iſtã creauit. Nec trepidus ero
ad ꝑferendã ſniaꝫ meã: in qua magis ama
bo iſpici a rectis: q̃ꝫ timebo moꝛderi a puer/
ſis. Gratanter eniꝫ ſuſcipit oculũ colũbinuꝫ
pulcherrima ⁊ modeſtiſſima charitas: den/
tẽ aũt caninũ vel euitat cautiſſima humilitas
vel retundit ſolidiſſima veritas. Magiſq̃ꝫ
optabo a quolibet repꝛehendi: q̃ꝫ ſiue ab errã
te: ſiue ab adulante laudari. Nullus enim
repꝛehenſoꝛ foꝛmidandus eſt amatoꝛi veri
tatis. Etenim aut inimicus repꝛehenſurus
eſt: aut amicus. Si ergo inimicus inſultat:
ferendus eſt. Amicus aũt ſi errat docẽdus:
Pſ̃. 104 ſi docet audiẽdus. Laudatoꝛ vo ⁊ errãs cõ
firmat erroꝛẽ ⁊ adulãs illicit i erroꝛẽ. Emẽ
dabit ergo me iuſtus in miſericoꝛdia: ⁊ ar/
guet me: oleum autem peccatoꝛis non im/
pinguabit caput meum.

De regulis ſecundum quas ſcriptura de pa
tre ⁊ filio loquitur. Ca. j.

Quaobꝛẽ q̃q̃ꝫ firmiſſime tenea
mus de dño nr̃o Ieſu xp̃o: ⁊ p
q ſcripturas diſſeminatã: ⁊ a do/
ctis catholicis earundẽ ſcriptu/
rarum tractatoꝛibus demonſtra
tam tanq̃ꝫ canonicã regulã: quõ
intelligatur dei filius ⁊ equalis patri ſecun
dum dei foꝛmã: in qua eſt ⁊ minoꝛ patre ſe/
cundũ ſerui foꝛmã quaꝫ accepit: in qua foꝛ/
ma non ſolũ patre: ſed ⁊ ſpiritu ſancto: neq̃ꝫ
hoc tantuꝫ: ſed etiã ſeipſo minoꝛi inuẽtus ẽ:
nõ ſeipſo q fuit: ſed ſeipſo q eſt: q2 foꝛma ſui
accepta: foꝛmã dei nõ amiſit: ſicut ſcriptura/
rũ q̃ in ſupioꝛe libꝛo cõmemoꝛauimus teſti
monia docuerũt. Sũt tñ q̃dã in diuinis elo
quijs ita poſita vt ambiguũ ſit ad quã poti⁹
regulã referant̃: vtrũ ad eã qua intelligim⁹
minoꝛẽ filiũ in aſſumpta creatura: an ad eaꝫ
qua intelligimus: nõ q̃dẽ minoꝛẽ eſſe filiũ:
ſed equalẽ patri: tamẽ ab illo hunc eſſe deuꝫ
de deo: lumẽ de lumine. Filiũ q̃ppe dicim⁹
deũ de deo: patrẽ aũt deũ tantũ nõ de deo.
Vñ manifeſtum eſt q filius habeat aliũ de
quo ſit ⁊ cui filius ſit: pater aũt nõ filium de
quo ſit habeat: ſed tñ cui pater ſit. Omnis
eniꝫ filius de patre eſt qd̃ eſt: ⁊ patri: filius
eſt. Nullus aũt pater de filio eſt: qd̃ eſt: ſed
filio pater eſt. Quedã itaq̃ꝫ ita ponunt̃ i ſcri
pturis de patre ⁊ filio vt indicẽt vnitatẽ eq̃/
litatẽq̃ꝫ ſubſtãtie. ſicuti eſt. Ego ⁊ pater vnũ
ſumus. ⁊: Cũ in foꝛma dei eſſet: nõ rapinaꝫ Ioh. 10
arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ deo. ⁊ quecunq̃ꝫ Phi. 2
talia ſunt. Quedã vero ita vt minoꝛẽ oſten/
dãt filiũ ꝑpter foꝛmã ſui: id eſt ꝑpter aſſum
ptã creaturã mutabilis humaneq̃ꝫ ſubſtãtie
ſicuti eſt. Qd̃ ait. Qm̃ pater maioꝛ me eſt ⁊
Pater nõ iudicat quẽq̃ꝫ: ſꝫ omne iudicium Io. 14
dedit filio. Naꝫ paulopoſt cõſequenter ait. Ioh. 5.
Et poteſtatem dedit ei iudiciũ facere: qm̃ fi/
lius hominis eſt. Quedã poꝛro ita vt nec mi Ibideꝫ
noꝛ nec equalis ſit: oſtendat̃: ſed tantũ q de
patre ſit intimet̃. vt eſt illud. Sicut habet pa
ter vitã in ſemetipſo: ſic dedit filio vitã habe Ibideꝫ
re in ſemetipſo. ⁊ illud. Neq̃ꝫ eniꝫ poteſt fi/
lius a ſe facere quicquã: niſi qd̃ viderit patrẽ Ibideꝫ
facientẽ. Quod ſi ꝑpterea dictũ acceperim⁹
q2 in foꝛma accepta ex creatura minoꝛ eſt fi/
lius: ꝯſequens erit vt pꝛioꝛ pater ſup aquas
ambulauerit: aut alicuius alterius ceci nati mat. 14
de ſputo ⁊ luto oculos apuerit. ⁊ cetera: q̃ fi Ioh. 9
lius in carne apparens inter hoĩes fecit: vt
poſſet ea facere qui dixit: nõ poſſe filium a ſe
facere q̃cquã: niſi qd̃ viderit patrẽ facientẽ.
Quis aũt vel delirus ita ſentiat. Reſtat er/
go vt hec ideo dicta ſint: q2 incõmutabilis ẽ
vita filij ſicut patris: ⁊ tñ de patre eſt: ⁊ inſe/
parabilis eſt operatio patris ⁊ filij. Sꝫ tñ
ita operari filio de illo eſt: de quo ipſe eſt. id
eſt de patre. Et ita videt filius patrem: vt quo
eũ videt: hoc ipſo ſit filius. Nõ eniꝫ aliud il
li ẽ eſſe de p̃re. id ẽ naſci de patre: q̃ꝫ videre
p̃reꝫ. Aut aliud videre opantẽ q̃ꝫ pariter opa/
ri: ſꝫ ideo nõ a ſe: q2 non eſt a ſe. Et ideo qd̃ Ioh. 5

viderit patrē faciētē: hec eadē facit ⁊ filius ſi
militer: q2 de pr̄e eſt. Neqꝫ eniꝫ alia ſimilit̄
ſicut pictoꝛ alias tabulas pingit: quēadmo/
dū alias ab alio pictas vidit. Nec eadē diſſi/
militer: ſicut coꝛpus eaſdē lr̄as: expꝛimit q̄s
animus cogitauit: ſꝫ quecūqꝫ inq̄t pr̄ facit:
hec eadē filius facit ſimiliter. Et hec eadē di
xit ⁊ ſimiliter: ac p̄ h̄ inſep̄abilis ⁊ par ē op̄a
Ibidēꝫ tio patri ⁊ filio: ſꝫ a pr̄e eſt filio. Jō nō p̄ōt ſi
lius a ſe facere q̄cq̄ꝫ: niſi qđ viderit patrē fa/
cientē. Ex hac ergo regula qua ita loquunt̄
ſcripture: vt nō aliū alio minoꝛē: ſed tantum
velint oſtēdere q̄s de quo ſit: nōnulli cū ſen/
ſuꝫ ꝯceperūt: tanq̄ꝫ minoꝛ filius diceretur.
Quidā aūt noſtri indoctioꝛes: ⁊ in his mini
me eruditi: dū hec ſecundū foꝛmā ſerui conā
tur accip̄e: ⁊ eos rectus intellectus nō ſequit̄
p̄turbant̄. Qđ ne accidat tenenda eſt hec re
gula: qua non minoꝛ filius: ſed q̄ de patre
ſit intimatur: quibus verbis: non inequali/
tas: ſed natiuitas eius oſtenditur.

De his ſcripture locis in quibus dubiuꝫ ē:
an propter aſſumptam creaturam minoꝛem
patre indicent filium: an vero hoc tantuꝫ q̄
licet equalem patri: tamen quia de patre ſit
doceant. Ca. ij.

Unt ꝗ q̄dā in ſanctis libꝛis: vt dice/
ſ re ceperā: ita poſita vt ambiguū ſit q̄
nā referēda ſint: vtrū ad illud q̄ ꝓpt
aſſumptā creaturā minoꝛ eſt filius: an ad il/
lud q̄ ꝯ̄uis eq̄lis: tñ q2 de patre ſit indicat̄.
Et mihi q̄dē videt̄ ſi eo modo ambiguū eſt:
vt explicari diſcerniqꝫ nō poſſit: ex vtralibet
Joh. 7 regula ſine p̄iculo poſſe intelligi. ſicut ē: qđ
ait. Mea doctrina nō eſt mea: ſꝫ eius q̄ me
miſit. Naꝫ ⁊ ex foꝛma ſerui p̄ōt accipi: ſicut
iā in libꝛo ſup̄ioꝛe tractauim⁹ ⁊ ex foꝛma dei
in q̄ ſic eq̄lis eſt patri: vt tñ de patre ſit. In
dei q̄ppe foꝛma: ſicut nō ē aliud fili⁹: aliđ vi
ta eius: ſꝫ ip̄a vita fili⁹ eſt. Ita nō eſt aliđ fi/
li⁹: aliud doctrina eius: ſꝫ ip̄a doctrina fili⁹ ē
ac p̄ h̄ ſicut ad qđ dictū ē: dedit filio vitā: nō
aliud itelligit̄ q̄ꝫ genuit filiū q̄ eſt vita. Sic ēt
Ubi. s̄ cū d̄r dedit filio doctrinā: bñ itelligit̄ genuit
filiū q̄ eſt. doctrina vt qđ dictū ē: mea doctri
na nō eſt mea: ſed eius q̄ me miſit: ſic intelli
gat̄: ac ſi dictū ſit: ego nō ſum a memetipſo:
ſed ab ipſo qui me miſit.

De his qui ſpiritumſanctum non minoꝛem
patre indicant: ſed tantum q̄ de patre p̄ꝛo/
cedit. Ca. iij.

Am ⁊ de ſpirituſctō: de quo nō ē di/
n ctū: ſemetip̄ꝫ exinaniuit foꝛmā ſerui Phi. 2
accipiēs. Ait tñ ipſe dn̄s. Cū aūt ve/
nerit ille ſp̄ūs veritatis: docebit vos oēꝫ ve Joh. i.
ritatē. Nō enim loquet̄ a ſemetipſo: ſꝫ q̄cūqꝫ
audiet loquet̄: ⁊ q̄ ventura ſunt ānūciabit vo/
bis. Ille me clarificabit: q2 de meo accipiet:
⁊ ānūciabit vobis. Poſt hec v̄ba: niſi cōti Ibidēꝫ
nuo ſecutus dixiſſet. Oia q̄cūqꝫ hꝫ pat̄ mea
ſunt: ꝓpterea dixi: q2 de meo accipiet: ⁊ ānū Ibidēꝫ
ciabit vobis: crederetur foꝛtaſſe ita natus de
xp̄o ſp̄ūſſanctus: quēadmodū ille de patre.
De ſe q̄ppe dixerat. Mea doctrina ñ ē mea
ſꝫ ei⁹ q̄ me miſit. De ſp̄ū āt ſcō. Nō enim lo Joh. 7
quet̄ a ſemetipſo: ſꝫ q̄cūqꝫ audiet loquet̄: q2
de meo accipiet ⁊ ānūciabit vobis. Sed q2
reddidit cāꝫ cur dixerit: de meo accipiet. ait
eniꝫ. Oia q̄cūqꝫ hꝫ pr̄ mea ſunt: ꝓpterea di Joh. 16
xi q2 de meo accipiet: reſtat vt intelligat̄ etiā
ſp̄ūſſctūs de pr̄e hr̄e ſicut ⁊ filius. Quō: niſi
ſcđꝫ id qđ ſupꝛa dixim⁹. Cū aūt venerit p̄a Joh. 15
clitus quē ego mittā vobis a pr̄e: ſpiritū ve/
ritatis q̄ a pr̄e ꝓcedit: ille teſtimoniū p̄hibe/
bit de me. Procedēdo itaqꝫ a pr̄e d̄r nō loq̄
a ſemetip̄o. ⁊ ſic nō ex eo ſit vt minoꝛ ſit fili⁹ Joh. 5
q2 dixit: nō p̄ōt fili⁹ a ſe facere q̄cq̄ꝫ: niſi qđ
viderit pr̄eꝫ faciētē. Nō eniꝫ h̄ ex foꝛma ſui
dixit: ſꝫ ex foꝛma dei. ſic iā oñdim⁹. Hec au
tē v̄ba nō indicāt q̄ mīoꝛ ſit: ſꝫ q̄ de pr̄e ſit:
ita nō hinc efficit̄ vt minoꝛ ſit ſp̄ūſſctūs: q2 di
ctū ē de illo. Nō eniꝫ loquet̄ a ſemetip̄o: ſed
q̄cūqꝫ audiet: loquet̄. Scđꝫ h̄ eniꝫ dictū eſt:
q̄ de pr̄e ꝓcedit. Cū vero ⁊ fili⁹ de pr̄e ſit: ⁊
ſpirituſſctūs a pr̄e ꝓcedat: cur nō ambo filij
dicant̄: nec ambo geniti: ſed ille vnus filius
vnigenit⁹: hic aūt ſp̄ūſſcūs: nec fili⁹: nec ge
nit⁹: q2 ſi genit⁹ vtiqꝫ fili⁹. alio loco ſi deus
donauerit. ⁊ quātuꝫ donauerit diſſeremus.

De clarificatione qua ⁊ pater filiū: ⁊ fili⁹ pa
trē clarificat. Ca. iiij.

Erūtamē h̄ euigilēt: ſi p̄ūt: q̄ h̄ etiam
v ſibi ſuffragari putauerunt: q̄ſi ad de/
mōſtrāduꝫ patrē filio maioꝛeꝫ: q2 di/ Jo. 17
xit fili⁹. Pater clarifica me. ⁊ ecce ſp̄ūſſctūs
clarificauit eū. Nūq̄d nā ⁊ ip̄e maioꝛ ē illo.
Poꝛꝛo aūt ſi ꝓpterea ſp̄ūſſanctus clarificat
filiuꝫ: q2 de filij accipiet: ideo ⁊ de eius acci/
piet: q2 oīa q̄ hꝫ pr̄ ipſius ſunt manifeſtū eſt: Joh. 16
q2 cum ſp̄ūſſanctus gloꝛificat filium: pater

glorificat filiū. Vñ cognoſcit̄ ꝙ oīa que hꝫ
pater: nō tantū filij: ſꝫ etiā ſpūſſci ſunt: qꝛ po
tēs eſt ſpūſſcūs glorificare filiū: quem glori
ficat pater. Qd̄ ſi ille ꝗ glorificat: eo quē glo
rificat maior eſt: ſinaūt vt eq̄les ſint ꝗ ſe inui
cē glorificāt. Scriptū eſt aūt ꝙ ꝛ filius glori
Jo. i7. cet patrē. Ego te inqͭt glorificaui ſup terraꝫ.
Hanc caueant ne putet̄ ſpiritusſanctus ma/
ior ambobus: quia glorificat filium quē glo
rificat pater. ipſum autem nec a patre nec a
filio ſcriptum eſt glorificari.

Quomodo intelligenda ſit miſſio: ſiue filij:
ſiue ſpiritusſancti. Ca. v.

Sed in his ꝯuicti: ad illud ſe ꝯuertunt
vt dicāt: maior eſt ꝗ mittit: ꝙꝫ qui mit
tit̄. Proinde maior eſt pater filio: qꝛ
filius a patre ſe miſſuꝫ aſſidue cōmemorat.
Maior ē ꝛ ſpiritusſctō: qꝛ de illo dixit Jeſus
Jo. i4. Quē mittet pater in noīe meo. Et ſpūſſcūs
vtroqꝫ minor eſt: qꝛ ꝛ pater eū mittit ſicut cō
memorauimus. Et fili⁹ cū dicit. Si aūt ab/
iero mittā eū ad vos. Qua in queſtiōe pri/
Jo. i6. mū q̄ro: vñ ꝛ quō miſſus ſit fili⁹. Ergo inqͭt
a patre exiui. ꝛ veni in hūc mundū. Ergo a
patre exire: ꝛ venire in hūc mundū: hoc eſt
mitti. Quid igit̄ eſt qd̄ de illo idem ipe euan
Joh. i. geliſta dicit. In hoc mundo erat: ꝛ mūdus
ꝑ eū factus ē: ꝛ mūdus eū nō cognouit. De
inde ꝯiūgit. In ſua ꝓpria venit. Illuc vtiqꝫ
miſſus ē: quo venit. At ſi in hūc mūdū miſ/
ſus eſt: quia exiit a patre ꝛ venit in hunc mū
dum: ꝛ in hoc mūdo erat. Illuc ḡ miſſus eſt
vbi erat: Nā ꝛ illud qd̄ ſcriptū eſt in ꝓpheta
hier. 23 deū dicere. Celū ꝛ terrā ego impleo. Si de
filio dictū eſt: ipm̄ eniꝫ nōnulli volūt intelli/
gi: vel ꝓphetis: vel in ꝓphetis locutū: quo
Vbi. s̄ miſſus eſt niſi illuc vbi erat. Vbiqꝫ eni erat
ꝗ ait: celuꝫ ꝛ terrā ego impleo. Si aūt de pa/
tre dictū eſt: vbi eſſe potuit ſine v̄bo ſuo: et
Sap̄. 8 ſine ſapientia ſua: que ꝑtendit a fine vſqꝫ ad
finē fortiter: ꝛ diſponit oīa ſuauit̄. Sꝫ neqꝫ
ſine ſpiritusſcō vſqꝫ eſſe potuit. Itaqꝫ ſi vbi/
qꝫ eſt deus: vbiqꝫ eſt etiaꝫ ſpūs eius. Illuc
ḡ ꝛ ſpūſſanctus miſſus eſt vbi erat. Nā ꝛ il
le ꝗ nō inuenit locū: quo erat a facie dei ꝛ di/
ps̄. i38 cit. Si aſcēdero in celū tu ibi es: ſi deſcende
ro in infernū ades: vbiqꝫ volēs intelligi pre
ſentē deū: prius noīauit ſpiritū eius. Nā ſic
Ibideꝫ ait. Quo abibo a ſpiritu tuo: ꝛ q̄ a facie tua
fugiā. Quocirca ſi ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus il/
luc mittit̄ vbi erat: querendū eſt quō intelli
gat̄ iſta miſſio: ſiue filij: ſiue ſpūſſancti. Pa
ter eniꝫ ſolus nuſq̄ꝫ legit̄ miſſus. Et de filio
quidē ita ſcribit apl̄s. Cuꝫ aūt venit plenitu Gal. 4
do tp̄is: miſit deus filiū ſuuꝫ: factū ex mulie
liere: factū ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt
redimeret. Miſit inquit filiuꝫ ſuuꝫ factuꝫ ex
muliere. Quo noīe quis catholicus neſciat
nō eū priuationē virginitatis: ſed differen/
tiā ſexus hebreo loquendi more ſignificare
voluiſſe. Cū itaqꝫ ait. Miſit deus filiuꝫ ſuū Vbi. s̄
factū ex muliere: ſatis oñdit eo ipſo miſſuꝫ fi
lium quo factus eſt ex muliere. Qd̄ ergo de
deo natus eſt: in hoc mundo erat. Qd̄ autē
de maria natus eſt: in hunc mundū miſſus
aduenit. Proinde mitti a patre ſine ſpiritu
ſancto nō potuit: nō ſoluꝫ: qꝛ intelligit̄ pater
cū eū miſit. id ē fecit ex femina: nō vtiqꝫ ſine
ſpiritusſancto feciſſe. Verūetiaꝫ ꝙ manifeſtiſ
ſime atqꝫ aptiſſime in euangelio dicit̄ virgi/
ni marie querenti ab angelo: quō fiet iſtud:
ſpūſſanctus ſupueniet in te: ꝛ virtus altiſſi/ Luc. i.
mi obumbrabit tibi. Et matheus dicit. In/
uenta eſt in vtero habens de ſpiritusſancto. M.
Quāq̄ꝫ ꝛ apud Eſaiā ꝓphetam ipe xp̄s in
telligit̄ de aduentu ſuo futuro dicere. Et nūc
dñs miſit me ꝛ ſpiritus eius: fortaſſe aliquis eſa. 48.
cogit vt dicamus etiam a ſeipſo miſſum eſſe
filiū: qꝛ ille marie cōceptus ꝛ ꝑtus operatio
trinitatis eſt: qua creāte oīa creant̄. Et quō
iā inquit: pater euꝫ miſit ſi ipſe ſe miſit. Cui
primū rñdeo querens: vt dicat ſi pōt. Quō
pater euꝫ ſanctificauit ſi ſe ipſe ſanctificauit:
vtrūqꝫ eniꝫ idē dñs ait. Quē pater inqͭt ſan Joh. i0
ctificauit ꝛ miſit in hūc mundū: vos dicitis:
qꝛ blaſphemat qm̄ dixi filius dei ſum. Alio
aūt loco ait. Et ꝓ eis ſanctifico meipm̄. Itē Jo. i7.
quero quō euꝫ pater tradidit: ſi ipſe ſe tradi/
dit. vtrūqꝫ eniꝫ dicit apl̄s paulus. Qui filio
inqͭt ꝓprio nō pepcit: ſed ꝓ nobis oībus tra Ro. 8.
didit illū. Alibi autem de ipſo ſaluatore ait.
Qui me dilexit: ꝛ tradidit ſeipſum pro me. Gal. 2
Credo rñdebit: ſi hec ꝓbe ſapit: qꝛ vna vo/
lūtas eſt patris ꝛ filij: ꝛ inſeꝑabilis oꝑatio.
Sic ḡ intelligat illā incarnationē: ꝛ ex virgi
ne natiuitatē in qua filius intelligit̄ miſſus:
vna eadēqꝫ oꝑatiōe pr̄is ꝛ filij inſeꝑabiliter
eſſe factā. nō vtiqꝫ inde ſeꝑatio ſpūſancto: d̄
quo apte dicit̄. Inuēta eſt in vtero habens
de ſpūſcō. Nā etiā ſi ita queramus enodati⁹.

foꝛtaſſis qđ dicimꝰ apparebit: quō miſit deꝰ
filiū ſuū. Juſſit vt veniret: atqꝫ ille iubēti ob
temꝑans venit: an rogauit: an tantūmō ad/
monuit. Sꝫ qđlibet hoꝝ ſit: ꝟbo vtiqꝫ factū
eſt. Dei āt ꝟbū: ip̄e ē dei filiꝰ. Quapꝛopter
cuꝫ cū pr̄ ꝟbo miſit: a pr̄e ⁊ ꝟbo eiꝰ factū ē
vt mitteret̄. Ergo a pr̄e ⁊ filio miſſus ē ideꝫ
Joh. j. filiꝰ: qꝛ ꝟbū pr̄is ē ip̄e filiꝰ. Quis eniꝫ ſe tā
ſacrilega induat opiniōe: vꝛ putet tēpoꝛale ꝟ
bū a pr̄e factū eſſe: vt eternꝰ filiꝰ mitteret̄: ⁊ i
carne appareret ex tp̄e. Sꝫ vtiqꝫ in ipſo dei
ꝟbo qđ erat in ꝑncipio apud deū: ⁊ deꝰ erat
Ibideꝫ in ip̄a. ſ. ſapiētia dei: ſine tp̄e erat: quo tp̄e il/
luꝫ in carne apparere opoꝛteret. Itaqꝫ cū ſi/
Ibideꝫ ne vllo initio tp̄is in ꝑncipio eſſet ꝟbū: ⁊ ꝟ
buꝫ eſſet apđ deū: ⁊ deus eēt ꝟbū: ſine vllo
Gal. 4 tp̄e in ip̄o ꝟbo erat: q̊ tp̄e ꝟbū caro fieret et
habitaret in nobis. Que plenitudo tp̄is cuꝫ
veniſſet: miſit deus filiū ſuuꝫ: factū ex mulie
re. id eſt factum eſt in tp̄e vt incarnatuꝫ ver/
bū hominibus appareret: qđ in ipſo ꝟbo ſi
ne tēpoꝛe erat: in quo tp̄e fieret. Oꝛdo quip
pe tēpoꝛuꝫ in eterna dei ſapiētia ſine tēpoꝛe
eſt. Cuꝫ itaqꝫ hoc a patre ⁊ filio factuꝫ eſſet:
vt in carne filius appareret: cōgruenter di/
ctus eſt miſſus ille qui in ea carne apparuit:
miſiſſe aūt ille q̄ in ea nō apparuit. Oīa illa
que coꝛā coꝛpoꝛeis oculis foꝛis gerunt̄: ab
interioꝛe appatu nature ſpiritalis exiſtūt, ꝓ/
pterea ꝯueniēter miſſa dicunt̄. Foꝛma poꝛ/
ro illa ſuſcepti hoīs: filij ꝑſona eſt: nō etiā pa
tris. Quapꝛopter pater inuiſibilis vna cuꝫ
filio ſecū inuiſibili: eundē filiū viſibileꝫ faciē
do: miſiſſe cū dictus eſt: qui ſi eo modo viſi/
bilis fieret: vꝛ cū patre inuiſibilis eſſe deſiſte
ret. id ē ſi ſubſtātia inuiſibilis verbi in crea/
turā viſibilē mutata ⁊ tranſiens verteret̄: ita
miſſus a patre intelligeret̄ filius: vt tantum
miſſus nō etiā cū patre mittens. inueniret̄.
Cuꝫ vero ſic accepta eſt foꝛma ſerui vt mane
ret incōmutabilis foꝛma dei manifeſtuꝫ eſt:
ꝙ a pr̄e ⁊ filio nō apparētibus factū ſit ꝙ ap
paret in filio. id eſt vt ab inuiſibili pr̄e cū in
uiſibili filio: idē ip̄e filius viſibilis mitteret̄.
Joh. 8 Cur ḡ ait. Et a meipſo non veni. Jam hoc
ſcḋm foꝛmā ſerui dictū eſt: ſcḋm quā dictuꝫ eſt.
Ibideꝫ Ego nō iudico quēqꝫ. Si ergo miſſus dicit̄
inquantū apparuit foꝛis in creatura coꝛpoꝛa
li: q̄ intus in natura ſpiritali oculis moꝛtaliū
ſemꝑ occultus eſt: iam in pꝛomptu eſt intel/
ligere etiā de ſpirituſancto cur miſſus ⁊ ipſe
dicat̄. Facta eſt eniꝫ quedā creature ſpecies
ex tp̄e in qua viſibiliter oſtenderet̄ ſpiritus/
ſanctus: ſiue cū in ip̄m dn̄m coꝛpoꝛali ſpecie
velut colūba deſcendit: ſiue cū decem diebꝰ
peractis poſt eius aſcenſionem: die penteco
ſtes factus eſt ſubito de celo ſonus: quaſi fer
ret̄ flatus vehemens: ⁊ viſe ſunt illis lingue
diuiſe tanqꝫ ignis: qui ⁊ inſedit ſuper vnū/
quēqꝫ eoꝛum. Hec operatio viſibiliter ex/
pꝛeſſa: ⁊ oculis oblata moꝛtalibꝰ: miſſio ſpi
rituſſancti dicta eſt: non ita vt appareret eiꝰ
ipſa ſubſtantia: qua ipſe inuiſibilis ⁊ incom
mutabilis eſt: ſicut pater ⁊ filius: ſed vt exte
rioꝛibus viſis hominum coꝛda cōmota a tē
poꝛali manifeſtatione veniēns: ad occultam
eternitatem ſemper p̄ſentis cōuerterentur.
Quid ſit quod nunqꝫ legitur: aut pater ma
ioꝛ ſpirituſancto: aut ſpirituſſanctus minoꝛ
patre. Capitulum. vi.

Deo autem nuſqꝫ ſcriptū eſt ꝙ deus
i pater maioꝛ ſit ſpirituſancto: vel ſpiri
tuſſanctus minoꝛ deo patre: qꝛ nō ſic
eſt aſſumpta creatura: in qua appareret ſpiri
rituſſcūs: ſicut aſſumptꝰ eſt filius hominis:
in qua foꝛma ipſius verbi dei perſona p̄ſen
taret̄: nō vt haberet verbū dei: ſicut alij ſapiē
tes ſancti: ſed pꝛe participibꝰ ſuis. Nō vtiqꝫ
ꝙ amplius habebat verbuꝫ dei vt eſſet quaꝫ
ceteri excellētioꝛe ſapiētia. ſed ꝙ ip̄ꝫ verbuꝫ
erat. Aliud eſt eniꝫ verbū in carne: aliud ꝟ
bū caro. Item aliud eſt verbū in hoīe: aliud
verbuꝫ homo. Caro enim pꝛo hoīe poſita ē
in eo ꝙ ait. Verbuꝫ caro factum eſt: ſicut il/ Joh. j.
lud. Et videbit oīs caro ſalutare dei. Non Luc. 3
enim ſine anima vel ſine mente: ſed ita om/
nis caro: ac ſi diceret̄: omnis homo. Nō er
go ſic eſt aſſumpta creatura: in qua apparet
ſpūſſanctus: ſicut aſſumpta eſt caro illa ⁊ hu
mana illa foꝛma ex ꝟgine maria. Neqꝫ eni
columbam batificiauit ſpūs: vel illū flatum:
vel illuꝫ ignē: ſibiqꝫ ⁊ perſone ſue in vnita/
tem habitūqꝫ cōiunxit in eternū. Haud ve/
ro mutabilis ⁊ cōuertibilis eſt natura ſpiri/
tuſſancti: vt nō hec ex creatura fierent: ſꝫ ip̄e
in illud atqꝫ illud mutabiliter verteret̄: ſicut
aqua in glaciem. Sed apparuerunt iſta ſicut
opoꝛtune apparere debuerunt: creatura ſer/
uiēte creatoꝛi: ⁊ ad nutū eius incōmutabili/
liter in ſeipſo ꝑmanentis ad euꝫ ſignifican/

dum ⁊ demonſtrandū: ſicut ſignificari ⁊ de
monſtrari mortalibꝰ oportebat mutata atq̄ʒ
conuerſa. Proinde quāq̄ʒ illa columba ſpi
Act. 2 ritus dicta ſit: ⁊ de illo igne cū diceret. Viſe
ſunt illis inquit lingue diuiſe velut ignis: q
⁊ inſedit ſuper vnūquēq̄ʒ eoꝝ: ⁊ ceperūt loq
linguidis: quēadmoduʒ ſpiritusſanctus da
bat eis pronunciare: vt oſtēderet ꝑ illū ignē
ſpiritū demonſtratū: ſicut ꝑ columbā. Non
tn̄ ita poſſumus dicere ſpiritūſanctū: ⁊ deuʒ
⁊ columbā: aut ⁊ deū ⁊ ignem: ſicut dicimꝰ
filiū: ⁊ deuʒ: ⁊ hominē: nec ſicut dicimus fi
Joh. j. liuʒ agnū dei: nō ſolū Johāne baptiſta dicē
Apo. 5 te. Ecce agnus dei: ſed etiā in Johāne euan
geliſta vidente agnuʒ occiſuʒ in apocalypſi.
Illa quippe viſio ꝓphetica non eſt exhibita
oculis corporeis per formas corporeas: ſed
in ſpiritu: ꝑ ſpiritales imagines corporum.
Columbam vero illā ⁊ ignē oculis viderūt
quicunq̄ʒ viderunt: quāq̄ʒ de igne diſcepta
Act. 2 ri poteſt: vtruʒ oculis: an ſpiritu viſus ſit: ꝓ
pter verba ſic poſita. Non enim ait: viderūt
linguas diuiſas velut ignē: ſed viſe ſunt eis
Non autē ſub eadē ſignificatione ſolemus
dicere: viſum eſt mihi: qua dicimus vidi: ⁊
in illis quidē ſpiritalibus viſis imaginū cor
poraliuʒ ſolet dici: ⁊ viſum eſt mihi: ⁊ vidi.
In iſtis vero q̄ ꝑ expreſſam corporalē ſpecieʒ
oculis demōſtrantᷣ: nō ſolet dici: viſuʒ ē mi
hi: ſed Vidi. De illo ergo igne pōt eſſe que
ſtio: quō viſus ſit: vtrū intus in ſpū tanq̄ʒ fo
ris: an vere foris corā oculis carnis. De il
la vero columba: que dicta eſt corporali ſpe
cie deſcēdiſſe: nullus vſq̄ʒ dubitauit: q̄ ocu
lis viſa ſit. Nec ſicut dicimus filiū petrā: ſcri
i Co. 10. ptuʒ eſt eniʒ. Petra erat xp̄s: ita poſſumus
dicere: ſpiritū colūbā vel ignē. Illa enim pe
tra iam erat in creatura: ⁊ ꝑ actionis moduʒ
nuncupata eſt noīe xp̄i: quē ſignificabat: ſicut
Ge. 28 lapis ille: quem Jacob poſitū ad caput etiaʒ
vnctione ad ſignificandū dn̄ʒ aſſumpſit. Si
Ge. 22 cut Iſaac xp̄s erat: cum ad ſe imolanduʒ li
gna portabat. Acceſſit iſtis actio quedam ſi
gnificatiua. iā exiſtentibus: non aūt ſicut illa
columba ⁊ ignis ad hec tantūmodo ſignificā
Exo. 3 da repēte extiterūt. Magis iſta ſimilia mihi
videntur flamine illi que in rubo apparuit.
ibidē. 13 Moyſi: ⁊ illi columne quā populus in here
ibidē 19 mo ſequebatᷣ: ⁊ fulgoribus ⁊ tonitruis que
fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc
enim corporalis rerū illarum extitit ſpecies:
vt aliquid ſignificaret atq̄ʒ preteriret.

Propoſitio queſtionis de multimodis ap
paritionibus dei: quarum quedaʒ miſſiōes
appellantᷣ: cuʒ pater miſſus nō queat dici: ſʒ
aut filius: aut ſpūſſanctus coopante tn̄ in oī
bus trinitate. Ca. vij.

Propter has ergo corꝑales formas:
que ad eū ſignificandū: ⁊ ſicut huma
nis ſenſibus oportebat demōſtrādᷓʒ
tꝑaliter extiterūt. Miſſus dicitᷣ etiā ſpūſſan
ctus: nō tn̄ minor patre dictus eſt: ſicut filiꝰ
ꝓpter formā ſerui: q2 illa forma ſerui inheſit
ad vnitatē pſone: ille vero corporales ſpēs
ad demonſtrandū q̄ opus fuit ad tp̄s appa
ruerūt: ⁊ eſſe poſtea deſtiterūt. Cur ergo non
⁊ pater dicitᷣ miſſus ꝑ illas: ſpecies copora
les: ignem rubi: ⁊ columnā nubis: vl' ignis
⁊ fulgura in monte: ⁊ ſi qua talia tunc appa
ruerunt: cū eum corā patribus locutuʒ: teſte
ſcriptura didicimus: ſi ꝑ illos creature mo
dos ⁊ formas corporaliter expreſſas: ⁊ hūa
nis aſpectibus p̄ſentatas ipſe demonſtraba
tur. Si aūt filius ꝑ ea demonſtrabatᷣ: cur tā
to poſt dicitᷣ: cū ex femina factus ē: ſicut apo
ſtolus dicit. Cum autem venit plenitudo tē Gal. 4
poris: miſit deus filiū ſuū factū ex muliere.
qn̄ quidē ⁊ antea mittebatᷣ: cum ꝑ illas crea
ture mutabiles formas patribꝰ apparebat.
Aut ſi nō recte poſſet dici miſſus: niſi cū ver
bum caro factuʒ eſt. cur miſſus dicitᷣ ſpritus Joh. j.
ſanctus: cuius nulla talis incorporatio facta
eſt ſi vero ꝑ illa viſibilia que in lege ⁊ ꝓphe
tis cōmendantᷣ: nec pater: nec filius: ſed ſpi
ritusſanctus oſtēdebatᷣ: cur etiā ipſe nūc dicitᷣ
miſſus cuʒ illis modis ⁊ antea mitteretur.
In huius perplexitate queſtionis adiuuan
te dn̄o: primuʒ querenduʒ eſt: vtrū pater: an
filius: an ſpūſſanctus: an aliquādo pater: ali
quādo filius: aliquādo ſpūſſcūs: an ſine vl
la diſtinctione perſonarum: ſicut dicitᷣ deus
vnus ⁊ ſolus. id ē ipſa trinitas ꝑ illas creatu
re formas patribus apparuerit. Deinde q̄d
libet horuʒ inuentuʒ viſuʒ ve fuerit: vtrum
ad hoc opus tantūmodo creatura formata
ſit: in qua deus ſicut tunc oportuiſſe ipſe iu
dicauit: humanis oſtenderetᷣ aſpectibꝰ. An
angeli q iā antea erāt ita mittebantᷣ: vt ex pſo
na dei loq̄rentᷣ: aſſumētes corporalē ſpēʒ de
creatura corporea: in vſum miniſterij ſui: ſi

cut cuiqꝫ opus eſſet. Aut ipſm coꝛpus ſuum
cui nō ſubduntᷣ: ſed ſubditū regūt: in ſpeces
quas vellēt acōmodatas atqꝫ aptas actioni/
bus ſuis mutātes: atqꝫ vertētes ſm attribu
tam ſibi a creatoꝛe potētiā. Poſtremo vide
bimus id qd̄ q̄rere inſtitueramus: vtrū fili⁹
an ſpūſſctus: ⁊ antea mittebantᷣ. Et ſi mitte/
bantᷣ: qd īter illā miſſionē: ⁊ eā quā in euan/
gelio legim⁹ diſtet: an nō ſit miſſus aliqs eo
rū: niſi cū vel filius factus eſſet ex Maria v
gine: vel cū ſpūſſanctus viſibili ſpecie: ſiue ī
colūba: ſiue in igneis linguis apparuerit.

De his qui naturam verbi dei viſibilē putauerunt. Capitulum. viij.

Mittamus igitᷣ eos q nimis carnali
o ter naturā verbi dei atqꝫ ſapiētiā q̄ in
ſeipſa manēs innouat oīa: quā vnicū
dei filiū dicimus: nō ſolū mutabilē: verum
etiā viſibilē eſſe putauerūt. Hi eniʒ multuʒ
craſſuʒ coꝛ diuinis rebus ingrediendis auda/
cius q̄ʒ religioſius attulerūt. Anima quippe cū
ſit ſubſtātia ſpiritalis: cumqꝫ etiā ipſa facta ſit
nec p aliū potuerit fieri: niſi p quē facta ſunt
oīa: ⁊ ſine quo factū eſt nihil: q̄ʒuis ſit muta/
bilis: nō eſt tn̄ viſibilis: qd̄ illi de verbo ipō
atqꝫ ipſa ſapiētia dei: p quē facta eſt aīa: cre/
diderunt: cum ſit illa non inuiſibilis tm̄ q ⁊
aīa eſt: ſʒ etiā incōmutabilis q aīa nō ē. Ea
dē quippe incōmutabilitas eius cōmemoꝛata
eſt: vt dicereᷣ in ſeipa manēs: inouat omnia
Et iſti qdē ruinā erroꝛis ſui diuinaꝝ ſcriptu
rarū teſtimonijs q̄ſi fulcire conātes adhibēt
Pauli aplī ſniaʒ: ⁊ qd̄ dēʒ ē d̄ vno ſolo deo
in quo ipſa trinitas intelligitᷣ tm̄ de patre: nō:
⁊ de filio: ⁊ de ſpūſancto dictū accipiūt. Re/
j Thi. j gi auteʒ ſeculoꝛum immoꝛtali: inuiſibili: ſoli
deo honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum. Et
ibidē. 6 illud alteruʒ. Beatus ⁊ ſolus potēs rex re/
gū: ⁊ dn̄s dn̄antiū: q ſolus habet imoꝛtalita
tem: ⁊ lucem habitat in acceſſibilem: quē ne/
mo hominuʒ vidit: nec videre poteſt. Hec
quemadmodum intelligenda ſint: iam ſatis
nos diſſeruiſſe arbitroꝛ.

De his qui filium volunt etiam ante carnis aſſumptionem fuiſſe moꝛtalem: vt ſolus pater immoꝛtalitatem habere credatur.

Capitulum. ix.

Erū illi qui iſta nō de filio nec de ſpi/
ritu ſancto: ſʒ tm̄ de p̄re accipi volūt:
dicūt viſibilē filiū nō p carneʒ de vir/
gine aſſumptā: ſʒ etiā antea p ſeipʒ. Nā ipſe
inquiūt apparuit oculis patrū. Quib⁹ ſi di/
xeris. Quō ḡ viſibilis p ſeipʒ filius: ſic ſeqtᷣ
⁊ moꝛtalis p ſeipʒ fili⁹: vt ɔſtet vobis q tan
tūmodo de p̄re vultis intelligi: qd̄ dictū eſt.
Qui ſolus hʒ imoꝛtalitatē. Nā ſi ꝓpter car j Thi. 6
nē ſuſceptā moꝛtalis ē fili⁹: ꝓpter hāc finite
vt ſit ⁊ viſibilis. Rn̄dēt: nec ꝓpter hāc moꝛ
talē ſe filiū dicere: ſʒ ſicē ⁊ an̄ viſibilē: ita ⁊ an̄
moꝛtalē. Nā ſi ꝓpter carnē filiū dicūt eſſe
moꝛtalē: iā nō pater ſine filio ſolus hʒ imoꝛ/
talitatē: q2 ⁊ verbū eius: p q fcā ſunt oīa: hʒ Joh. j
imoꝛtalitatē. Neqꝫ eniʒ q2 carneʒ aſſumpſit
moꝛtalē: ideo amiſit imoꝛtalitatē ſuam. Qn̄
qdē nec anime humane h̄ accidere potuit vt
cū coꝛpoꝛe moꝛereᷣ. dicēte ipſo dn̄o. Nolite mat. 10
timere eos q coꝛpus occidūt: aīaʒ aūt nō poſ
ſunt occidere. Aut xpo etiā ſpūſſcūs carneʒ
aſſumpſit. de quo vtiqꝫ ſine dubio turbabū
tur. Si ꝓpter carnē moꝛtalis ē fili⁹: quō ac/
cipiāt p̄reʒ tm̄mō ſine filio ⁊ ſine ſpūſſancto
habere imoꝛtalitatē: qn̄ qdē ſpūſſanctus nō
aſſumpſit carnē. Qui ſi nō hʒ imoꝛtalitateʒ:
nō ḡ ꝓpter carnē moꝛtalis ē fili⁹. Si aūt ha/
bet ſpūſſanctus imoꝛtalitatē: nō de patre tan j Thi. 6
tūmō dictū eſt. Qui ſolus hʒ imoꝛtalitateʒ.
Quocirca ita ſe arbitrantᷣ: ⁊ ante incarnatio
nē p ſeipſuʒ moꝛtalē filium poſſe ɔuincere:
q2 ipſa mutabilitas nō inconuenienter moꝛ
talitas dicitur. ſecundū quā ⁊ aīa dicitᷣ moꝛi.
nō q2 in coꝛpus: vel in aliquā alterā ſubſtan
tiā mutatᷣ ⁊ vertitᷣ: ſed in ipſa ſua ſubſtātia ge
qd alio modo nūc eſt aut fuit: ſecūdum id qd̄
deſtitit eſſe qd̄ erat: moꝛtale dep̄hēditᷣ. Q2
itaqꝫ inquiunt antēq̄ʒ natus eſſet filius dei
de v̄gine maria: ipſe appuit patribus nr̄is:
nō in vna eadēqꝫ ſpecie: ſʒ multiformiter: ali
ter atqꝫ aliter. Et viſibilē ē p ſeipm: q2 nōdū
carne aſſumpta: ſubſtātia eius ɔſpicua moꝛ
talibus oculis fuit: ⁊ moꝛtalis inquantū mu
tabilis. Ita ⁊ ſpūſſcūs: qui alias colūba: alᷣs
ignis apuit. Vn̄ nō trinitati aiūt: ſʒ ſingula/
riliter ⁊ ꝓpꝛie p̄ri tm̄mō ɔuenit qd̄ dictuʒ ē. Ibidē
Inmoꝛtali inuiſibili ſoli deo: ⁊ q ſolus ha/
bet imoꝛtalitatē: ⁊ lucē habitat inacceſſibilē:
queʒ nemo hoīum vidit: nec videre poteſt.
Omiſſis ergo iſtis: q nec aīe ſubſtātiā inuiſi
bilē noſſe potuerūt. vn̄ longe remotū ab eis
vt noſſent vnius ⁊ ſolius dei. id ē p̄ris ⁊ fi/
lij ⁊ ſpūſſancti: nō ſolū inuiſibilē: verū ⁊ in/

cōmutabilē pmanere ſubſtātiā: ac p h in ve
ra ⁊ ſincera imortalitate ꝯſiſtere nos q nūq̄z
appuiſſe corporeis ocul' deū: nec patrē nec
filiū nec ſpiritūſanctū dicim⁹ niſi p ſubiectā
ſue poteſtati corporeā creaturam: in pace ca
tholica pacifico ſtudio regram⁹: parati corri
gi: ſi fraterne ac recte rep̄hēdimur: parati ēt
ſi ab inimico: vera tñ dicēte: mordemur: vtrū
indiſcrete deus apparuerit patribus noſtris
anteq̄z xp̄s veniret in carne: an aliqua ex tri
nitate perſona: an ſingulatī quaſi p vices.
An indiſcrete deus trinitas patribus appa/
ruerit: an aliqua ex trinitate perſona.

Ca.x.

C pmū in eo qḋ ſcriptū eſt in geneſi:
locutū deū cū hoīe quē de limo finxe/
rat: ſi excepta figurata ſignificatiōe vt
rei geſte fides etiā ad litterā teneat̄: tractam⁹
in ſpecie hoīs videt̄ deus cū hoīe tūc locut⁹.
Nō qdē exp̄ſſe hoc in libro poſitū eſt: ſed cir
cūſtantia locutionis id reſonat: maxime illo
qḋ ſcriptū eſt: vocem dei audiſſe adam deā/
ſpiritumſanctum. Num ergo ex domini te/
ſtimonio: ⁊ patrem vnum verum deum di/
cimus: ⁊ filium vnum verum deum: ⁊ ſpiri
tumſanctum vnum verum deuꝫ: ⁊ ſimul pa
trem ſi filium ⁊ ſpiritumſanctuꝫ. id eſt ſimul
ipſam trinitatem. non tres veros deos: ſed Ibidem
vnū verū deū. An qm̄ addidit. Et quē miſi
ſti ieſum chriſtū: ſubaudiendū eſt vnuꝫ verū
deū. Et ordo verboꝝ eſt: vt te ⁊ quē miſiſti
ieſum chriſtū cognoſcant vnū veruꝫ deum.
Cur ergo tacuit de ſpiritusſancto. an quoniaꝫ
cōſequens eſt: vbicunq̄z nominatur vnum
tanta pace vni adherens: vt per hanc vtrūq̄z
vnum ſit. iam ex hoc intelligat̃ etiā ipſa pax:
quāuis nō incōmemoretur. Nam ⁊ illo loco
apoſtolus videtur quaſi pretermittere ſpiri/
tūſanctum: ⁊ tamen etiā ibi intelligit̃: vbi ait. j. Cor.
Omnia veſtra: vos aūt xp̄i. chriſtus aūt dei ibidem
Et iterum. Caput mulieris vir: caput viri
xp̄s. caput aūt chriſti deus. Sꝫ rurſus ſi de/
us nō niſi omnia ſimul tria: quō caput chriſti
deus. id eſt caput chriſti trinitas: cū in trinita
te ſit xp̄s vt ſit trinitas. An qđ eſt pater cum
filio: caput eſt ei qđ eſt ſolus filius. cum filio
enim pater deus: ſolus aūt filius chriſtus eſt
maxime quia iam verbuꝫ caro factū loquit̃.
Secundū quā humilitatē eius etiā maior eſt Jo.
pater: ſicut dicit. Qm̄ pater maior me eſt: vt
hoc ipſuꝫ deuꝫ eſſe qđ illi cū patre vnū eſt ca/
put ſit hominis mediatoris: quod ipſe ſolus
eſt. Si eniꝫ mentē recte dicimus principale
hominis. id eſt tanq̄z caput humane ſubſtan
tie: cū ipſe homo cuꝫ mente ſit homo: cur nō
multo congruentius: multoq̄z magis verbū
cuꝫ patre quod ſimul deus eſt: caput eſt chri
ſti: quāuis chriſtus homo niſi cuꝫ verbo qđ

caro factū eſt: intelligi non poſſit. Sed hoc
vt iam diximus: aliquāto diligentius poſtea
ꝯſiderabimus. Nūc aūt equalitas trinitatis:
⁊ vna eademq́ʒ ſubſtantia quantum breuiter
potuimus demonſtrata eſt: vt quoquo mo/
do ſe habeat iſta queſtio: quam diſcutiendaʒ
acriore intentiōe diſtulimus: nihil impediat:
quo minus fateamur ſummaʒ equalitateʒ pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti.

De ſententia ſancti hilarij qua in trinitate ꝑ/
ſonarum proprietatem intelligitur demon/
ſtraſſe.

Capitu. x.

q Vidā cum vellet breuiſſime ſingula/
rū in trinite perſonarū inſinuare pro/
pria: eternitas inquit in patre: ſpecies
in imagine: vſus in munere. Et q2 non me/
diocris auctoritatis in tractatione ſcriptu ra/
rum: ⁊ aſſertione fidei vir extitit: hilariꝰ eniʒ
hoc in libris ſuis poſuit. horū verborū. id ē
patris ⁊ imaginis: ⁊ numeris: eternitatis: ⁊
ſpeciei ⁊ vſus abditā ſcrutatus intelligentiā.
quantum valeo nō eum ſequtum arbitror in
eternitatis vocabulo: niſi ꝙ pater non habet
patrem de quo ſit: filius autem de patre ē vt
ſit atq́ʒ vt illi coeternus ſit. Imago enim ſi
perfecte implet illud cuius imago eſt: ipa co/
equatur ei: non illud imagini ſue. In qua
imagine ſpeciē nominauit: credo ꝙ propter
pulchritudineʒ: vbi iam eſt tanta congruen/
tia ⁊ prima equalitas: ⁊ prima ſimilitudo: nul
la in re diſſidens. ⁊ nullo modo inequalis: ⁊
nulla ex parte diſſimilis: ſed ad identidem re
ſpondens ei cuius imago eſt. Vbi eſt prima
⁊ ſūma vita: cui nō eſt aliud viuere ⁊ aliud eē
ſed idē eſt eſſe ⁊ viuere. Et pmus ac ſūmus
intellectus: cui nō eſt aliud viuere ⁊ aliud in
telligere. ſed id qđ eſt intelligere: hoc viuere
hoc eſſe eſt: vnū omnia: tanq́ʒ verbum perfe
ctū: cui nō deſit aliquid: ⁊ ars q̄daʒ omnipo
tentis atq́ʒ ſapientis dei: plena omniū ratio/
nū viuētiū incōmutabiliuʒ: ⁊ omnes vnū in
ea. ſicut ipſa vnuʒ de vno: cum quo vnum.
Ibi nouit omnia deus: que fecit per ipſaʒ: ⁊
ideo cum decedant ⁊ ſuccedant tempora: nō
decidit aliquid vel ſuccedit ſcientie dei. Non
enim hec que creata ſunt ideo ſciuntur a deo:
quia facta ſunt: ac non potius ideo facta ſunt
vel mutabilia: quia immutabiliter a deo ſciū
tur. Ille igitur ineffabilis quidam cōplexus
patris ⁊ imaginis non eſt ſine perfruitione:
ſine caritate: ſine gaudio. Illa ergo dilectio:
delectatio: felicitas: vel beatitudo: ſi tamē ali
qua humana voce digne dicitur vſus: ab illo
appellatus eſt breuiter: ⁊ eſt in trinitate ſpūſ/
ſanctus: nō genitus: ſed genitoris genitiq́ʒ
ſuauitas: ingeniti largitate atq́ʒ vbertate per
fundens omnes creaturas pro captu earuʒ:
vt ordinem ſuum teneant ⁊ locis ſuis acquie
ſcant. Hec igitur omnia que arte diuina fa/
cta ſunt. ⁊ vnitatem quandam in ſe oſtendūt
⁊ ſpeciem. ⁊ ordinem. Quicquid enim horū
eſt: ⁊ vnum aliquid eſt: ſicut ſunt nature cor
porum: ⁊ ingenia animaruʒ. ⁊ aliqua ſpecie
formarū: ſicut ſunt figure vel qualitates cor
porum: ac doctrine vel artes animaruʒ: ⁊ or
dinem aliquem petit aut tenet: ſicut ſunt pon
dera vel collocationes corporum ⁊ amores:
aut delectationes animaruʒ. Ceteruʒ in illa
ſumma trinitate tantuʒ eſt vna quantuʒ tres
ſimul. nec plus aliquid ſunt due quam vna.
Oportet igitur vt creatoreʒ per ea que facta roma. j.
ſunt intellectuʒ conſpicientes trinitateʒ intel/
ligamus: cuius in creatura quomodo dignū
eſt apparet veſtigiuʒ. In illa eniʒ trinitate ſū
ma origo eſt rerū omniū ⁊ perfectiſſima pul
chritudo: ⁊ beatiſſima delectatio. Itaq́ʒ illa
tria: ⁊ ad ſe inuiceʒ determinari videntur: ⁊
in ſe infinita ſunt. Sed hic in rebus corpore
is: non tantuʒ eſt vna: quantuʒ tres ſimul:
⁊ plus aliquid ſunt due quā vna res. Ceterū
in ſumma trinitate tantum eſt vna quantum
tres ſimul ſunt: nec plus aliquid ſunt due q̄ʒ
vna: ⁊ in ſe infinita ſunt. Ita ⁊ ſingula ſunt
in ſingulis: ⁊ omnia in ſingulis ⁊ ſingula in
omnibus: ⁊ omnia in omnibus: ⁊ vnuʒ om
nia. Qui videt hoc vel ex parte: vel per ſpe/ j Cō 13
culum ⁊ in enigmate: gaudeat cognoſcens
deum: ⁊ ſicut deum honoret ⁊ gratias agat. roma. j.
Qui autem non videt: tendat per pietatem
ad videndum: non per cecitateʒ ad calumni
andum: quoniam vnus eſt deus: ſed tamen
trinitas. Nec confuſe accipiendum eſt. Ex
quo omnia: per quem omnia: in quo omnia Ro. ij.
nec dijs multis: ſed ipſi gloria in ſecula ſecu/
lorum.

Explicit liber ſextus.

Incipiũt capitula libri ſeptimi.

j Vtrum quicquid de deo non relatiue ſed ad ſeipſum recte dicit̃ cuilibet ꝑſone in trinitate conueniat.
ij Ea que patris ⁊ filij eſſentiam ſignificant: non eſſe relatiua: quia quicquid ad ſe: non ad aliquid dicuntur ſimul ambo ſunt.
iij De ſapientia a deo genita vel creata.
iiij Quid vel a grecis vel latinis neceſſe fuerit dici de ineffabili trinitate.
v De ſubſtantia ⁊ eſſentia.
vi De tribus perſonis vnius eſſentie.

Aurelij auguſtini liber ſemptimus incipit.

Vtrum quicquid de deo non relatiue ſed ad ſeipſum recte dicitur cuilibet perſone in trinitate conueniat. Capi. j.

Am nunc queramus diligentius quantum dat deus quod pauloante diſtulimus. Vtrum ⁊ ſingula queqꝫ in trinitate perſona poſſit ⁊ ⁊ per ſeipſam non cũ ceteris duabus dici deus: aut magnus: aut ſapiens: aut verus: aut omnipotens: aut iuſtus: ⁊ ſi quid aliud dici de deo poteſt: nõ relatiue: ſed ad ſeipſum. An vero non dicant̃ iſta: niſi cum trinitas intelligit̃. Hoc enim queſtionem facit: q2 ſcriptum eſt: xp̃m dei vir-
j Cor. j tutem ⁊ dei ſapientiã: vtrũ ita ſit pater ſapiẽtie atqꝫ virtutis ſue: vt hac ſapientia ſapiens ſit quã genuit: ⁊ hac virtute potens quã genuit. ⁊ q2 ſemꝑ potens ⁊ ſapiens: ſemper genuit virtutẽ ⁊ ſapientiam. Dixeramus enim ſi ita eſt: cur nõ ⁊ magnitudinis ſue pater ſit qua magnus eſt: ⁊ bonitatis qua bonus eſt: ⁊ iuſtitie qua iuſtus: ⁊ alia ſi qua ſunt. Aut ſi hec omnia pluribus vocabulis in eadem ſapientia ⁊ virtute intelliguntur: vt eadem ſit magnitudo que virtus: ea bonitas que ſapiẽtia: ⁊ ea rurſus ſapientia que virtus. ſicut iã tractauimus: meminerimus: cũ aliquid horum nomino ſic accipiendum eſſe: ac ſi omnia commemorem. Queritur ergo an pater etiam ſingulus ſit ſapiens: atqꝫ ipſa ſibi ipſe ſapientia: an ita ſit ſapiens quomodo dicẽs. Verbo enim quod genuit dicens eſt: nõ verbo quod profertur: ⁊ ſonat: ⁊ tranſit: ſed ver-
bo quod erat apud deum: ⁊ deus erat verbũ Joh. j
⁊ omnia per ipſum facta ſunt: verbo equali ſibi quo ſemper atqꝫ incõmutabiliter dicit ſeipſum. Non eſt enim ipſe verbum: ſicut nec filius nec imago. Dicens aũt exceptis illis temporalibus vocibus verbi dei: que in creatura fiunt. nam ſonant ⁊ tranſeũt. Dicens ergo illo coeterno verbo: nõ ſingulus intelligitur: ſed cum ipſo verbo ſine quo nõ eſt vtiqꝫ dicens. Ita ne ⁊ ſapiens ſicut dicens: vt ita ſit ſapientia ſicut verbum: ⁊ hoc ſit verbũ eſſe quod eſt eſſe ſapientiam. hoc etiam eſſe virtutem: vt virtus ⁊ ſapientia ⁊ verbum idem ſit: ⁊ relatiue dicatur. ſicut filius ⁊ imago: atqꝫ ille non ſingulus potens vel ſapiẽs ſed cum ipſa virtute ⁊ ſapientia quã genuit. ſicut non ſingulus dicens: ſed eo verbo ⁊ cũ eo verbo quod genuit: atqꝫ ita magnus ea ⁊ cum ea magnitudine quã genuit. Et ſic nõ alio magnus: alio deus: ſed eo magnus quo deus: quia nõ aliud illi eſt magnum eſſe: aliud deum eſſe: cõſequens eſt: vt nec deus ſingulus: ſed ea ⁊ cum ea deitate quam genuit: vt ſic ſit filius deitas patris: ſicut ſapientia ⁊ virtus patris. ⁊ ſicuti eſt verbum ⁊ imago patris. Et quia non aliud illi eſt eſſe: aliud deum eſſe. ita ſit etiam eſſentia patris filius: ſicuti eſt verbum ⁊ imago eius. Ac per hoc etiã excepto eo quod pater eſt: nõ ſit aliquid pater: niſi quia eſt ei filius: vt nõ tantũ id quod dicitur pater: quod manifeſtũ eſt eũ nõ ad ſeipſũ: ſed ad filium relatiue dici: ⁊ idõ patrem quia eſt ei filius. ſed oĩno vt ſit quod ad ſeipſum eſt: ideo ſit quia genuit eſſentiam ſuam. Sicut enim magnus eſt: nõ niſi ea q̃ genuit magnitudine. ita ⁊ eſt non niſi ea quã genuit eſſentia: quia non eſt aliud illi eſſe: aliud magnũ eſſe. Ita ne igitur pater eſt eſſentie ſue: ſicut pater eſt magnitudinis ſue. Sicut pater virtutis ac ſapientie ſue: eadem ꝓpe eius magnitudo que virtus: ⁊ eadẽ eſſentia que magnitudo. Hec diſputatio nata eſt ex eo: quod ſcriptũ eſt: chriſtum eſſe dei virtutem ⁊ dei ſapientiam. Quapropter in eas anguſtias ſermo coartatur: cum ineffabilia fari cupimus. vt aut dicamus chriſtum non eſſe dei virtutem ⁊ dei ſapientiã: atqꝫ ita impudenter ⁊ impie reſiſtamus apoſtolo. aut chriſtũ quidem dei virtutẽ ⁊ dei ſapientiam

eſſe fateamur: ſed eius patrē nō eſſe patrē v/
tutis ⁊ ſapientie ſue: quod nō minus impiū
eſt. Sic enī nec chriſti erit pater: quia xp̄us
dei virtus ⁊ dei ſapientia eſt. aut nō eſſe pa/
trē virtute ſua potentē: neq; ſapiētia ſua ſa/
pientem: quod quis audeat dicere. aut aliud
in patre intelligi eſſe: aliud ſapientem eſſe vt
non hoc ipſo ſit quo ſapiens eſt. quod de ani
ma intelligi ſolet: que alias inſipiens: alia
ſapiens eſt: velut natura mutabilis: ⁊ non
ſumme perfecteq; ſimplex. aut patrem non
eſſe aliquid ad ſeipſum: ⁊ nō ſolum: quod pa
ter eſt. ſed omnino quod eſt: ad filium relati/
ue dici. Quomodo ergo eiuſdem eſſentie fi/
lius cuius pater: quando quidē ad ſeipſum
nec eſſentia eſt: nec omnino eſt ad ſeipſū: ſ;
etiā eſſe ad filium illi eſt. Atenim multo ma
gis vnius eiuſdēq; eſſentie: quia vna eadē/
q; eſſentia pater ⁊ filius. quando quidem pa
tri non ad ſeipſum eſt ipſum eſſe: ſed ad filiū
quā eſſentiam genuit: ⁊ qua eſſentia eſt quic
quid eſt. Neuter ergo ad ſe eſt: ⁊ vterq; ad
inuicem relatiue dicitur. an pater ſolus: non
ſolum quod pater dicit̄: ſed omnino quicq̄d
dicit̄: relatiue ad filiū dicitur. ille autem dici
tur ad patrem ⁊ ad ſe. ⁊ ſi ita eſt: quid dicitur
in filio ad ſe: an ipſa eſſentia. Sed patris eſ
ſentia eſt filius: ſicut patris virtus. ⁊ ſapien/
tia: ſicut verbum patris: ⁊ imago patris. aut
ſi eſſentia dicit̄ ad ſe filius: pater autem non
eſt eſſentia: ſed genitor eſſentie. non eſt autē
ad ſeipſum: ſed hac ipſa eſſentia quā genuit:
ſicut hac ipſa magnitudine magnus quam
genuit: ergo ⁊ magnitudo dicit̄ ad ſe filius.
ergo ⁊ virtus ⁊ ſapientia ⁊ verbū ⁊ imago.
Quid autem abſurdius q̄; imaginem ad ſe
dici: aut ſi non idipſum eſt imago ⁊ verbum
quod eſt virtus ⁊ ſapientia: ſed illa relatiue
dicuntur: hec autem ad ſe non ad aliud inci
pit non ea ſapientia quam genuit: ſapiens eſ
ſe pater: quia non poteſt ipſe ad eam relati/
ue dici: ⁊ illa ad eum relatiue nō dici: omnia
enim que relatiue dicuntur ad inuicem di/
cuntur. Reſtat itaq;: vt etiam eſſentia filius
relatiue dicatur ad patrem. Ex quo confici/
tur inopinatiſſimus ſenſus: vt ipſa eſſentia
nō ſit eſſentia: vel certe cum dicitur eſſentia:
non eſſentia ſed relatiuum indicetur: quo/
modo cum dicitur dominus: non eſſentia
indicatur: ſed relatiuum quo refertur ad ſer
uum. Cum autem homo dicitur vel aliquid
tale: quod ad ſe non ad aliud dicitur: tunc in/
dicatur eſſentias. homo ergo cū dominus
dicitur: homo eſſentia eſt. dominus vero re
latiue dicitur. homo enim ad ſe dicitur: do/
minus ad ſeruum: hoc autē vnde agimus:
ſi eſſentia ipſa relatiue dicitur: eſſentia ipſa
non eſt eſſentia. Huc accedit. quia omnis eſ
ſentia que relatiue dicitur: eſt etiam aliquid
excepto relatiuo: ſicut homo ⁊ dominus: ho
mo ſeruus: ⁊ equus iumentū: ⁊ nummus
arra. homo ⁊ equus ⁊ nummus ad ſe dicun
tur: ⁊ ſubſtantie ſunt vel eſſentie. dominus
vero ⁊ ſeruus ⁊ iumentum ⁊ arra: ad aliq̄d
relatiue dicuntur. Sed ſi non eſſet homo. id
eſt aliqua ſubſtantia: non eſſet qui relatiue
dominus diceretur. Et ſi non eſſet equus
quedam eſſentia: non eſſet quod iumentum
relatiue diceretur. Ita ſi nummus non eſſet
aliqua ſubſtantia: nec arra poſſet relatiue di
ci. Quapropter ſi ⁊ pater non eſt aliquid ad
ſeipſum: non eſt omnino que relatiue dica/
tur ad aliquid. Non enim ſicut ad aliquid
coloratū refertur colore ius: nec omnino ad
ſe dicitur color: ſed ſemper alicuius colorati
eſt. Illud autē cuius color eſt etiā ſi eo q̄ co
loratū dicit̄ ad colorem refert̄: tamē id quod
corpus dicitur ad ſe dicitur. Nullo modo ita
putandum eſt patrē nō dici aliq̄d de ſeip̄m:
ſed quicq̄d dicitur ad filium dici. Eundē ve
ro filium ⁊ ſeipſum dici ⁊ ad patrē. Cū dici
tur magnitudo magna; ⁊ uirtus potens. vti
q; ad ſeipſum: ⁊ magnitudo atq; virtus ma
gni ⁊ potentis patris; qua pater magnus ⁊
potens. eſt. Non ergo ita: ſed vtrūq; ſubſtā
tia: ⁊ vtrūq; vna ſubſtantia. Sicut autē ab
ſurdū eſt dicere candidum nō eſſe candorē:
ſic abſurdum eſt dicere ſapientē non eſſe ſa
pientiam. Et ſicut candor ſeipſū candidus
dicitur: ita ⁊ ſapientia ad ſeipſam dicitur. ſa/
piens. Sed candor corporis non eſt eſſen/
tia: quoniam ipſum corpus eſſentia eſt: ⁊ il/
la eius qualitas. vnde ⁊ ab ea dicitur candi/
dum corpus: cui non hoc eſt eſſe quod can/
didum eſſe. Aliud enim ibi forma ⁊ aliud
color: ⁊ vtrumq; non in ſeipſo: ſed in aliqua
mole. Que moles nec forma nec color eſt:
ſed formata ⁊ colorata. Sapientias vero ⁊
ſapiens eſt. Et quoniam quecunq; anima
participatione ſapientie fit ſapiens: ſi rurſus

deſipiat: manet tamen in ſe ſapientia. Nec
cum anima fuerit in ſtultitiam cõmutata illa
mutatur: non ita eſt in eo qui ex ea fit ſapiēs:
quemadmodum candoꝛ in coꝛpoꝛe quod ex
illo candidum eſt. Cum eniʒ coꝛpus in aliuʒ
coloꝛem fuerit mutatum: non manebit can/
doꝛ ille: ſed omnino eſſe deſinat. Quod ſi et
pater qui genuit ſapientiam ex ea fit ſapiens.
neqʒ hoc ex illi eſſe quod ſapere: qualitas ei⁹
eſt filius non pꝛoles eius: ⁊ non ibi erit iam
ſumma ſimplicitas. Sed abſit vt ita ſit: quia
vere ibi eſt ſumme ſimplex eſſentia: hoc er/
go eſt ibi eſſe quod ſapere. Quod ſi hoc eſt
ibi eſſe quod ſapere: non per illam ſapientiaʒ
quam genuit ſapiens eſt pater: alioquin non
ipſe illam: ſed illa eum genuit. Quid enim
aliud dicimus cum dicimus hoc illi eſt eſſe
quod ſapere: niſi eo eſt quo ſapiens eſt. Qua
pꝛopter que cauſa illi eſt vt ſapiens ſit: ipſa il
li cauſa eſt vt ſit. pꝛoinde ſi ſapientia quaʒ ge
nuit cauſa illi eſt vt ſapiens ſit: etiam vt ſit:
ipſa illi cauſa eſt. Quod fieri non poteſt: niſi
gignendo eum aut faciendo. Sed neqʒ ge/
nitricem neqʒ conditriceʒ patris vllo modo
quiſquaʒ dixerit ſapientiam. Quid enim eſt
inſanius. Ergo ⁊ pater ipſa ſapientia eſt. Et
ita dicitur filius ſapientia patris: quomodo
dicitur lumen patris. id eſt vt quemadmo/
lumen de lumine: ⁊ vtrunqʒ vnum lumen.
ſic intelligatur ſapientia de ſapientia ⁊ vtrun
qʒ vna ſapientia: ergo ⁊ vna eſſentia: quia
hoc eſt ipſi eſſe quod ſapere. Quod enim eſt
ſapientie ſapere: ⁊ potentie poſſe: ⁊ eternitati
eternam eſſe: iuſtitie iuſtam eſſe: magnitudi
ni magnaʒ eſſe. hoc eſt eſſentie ipſuʒ eſſe. Et
q꞉ in illa ſimplicitate non eſt aliud ſapare quã
eſſe: eadē ibi ſapientia que eſſentia.

Ea que patris ⁊ filij eſſentiaʒ ſignificat non
eſſe relatiua: quia quicquid ad ſe non ad ali/
quid dicitur ſimul ambo ſunt.

Capi. ij.

p Ater igitur ⁊ filius ſimul vna eſſen
tia: ⁊ vna magitudo: ⁊ vna veritas:
⁊ vna ſapientia. Sed non pater ⁊ fi/
lius ſimul ambo vnuʒ verbuʒ: quia
non ſimul ambo vnus filius. Sicut enim fi
lius ad patreʒ refertur: non ad ſeipſuʒ dici/
tur. ita ⁊ verbuʒ ad cuʒ cuius verbuʒ eſt re/
fertur: cuʒ dicitur verbuʒ. Eo quippe filius
quo verbuʒ ⁊ eo verbum quo filius. Quo/
niã igitur pater ⁊ filius ſimul nõ vtiqʒ vnus
filius: conſequens eſt: vt pater ⁊ filius ſimul
non ambo vnuʒ verbuʒ. Et propterea non
eo verbuʒ quo ſapientia: quia verbum non
ad ſe dicitur: ſed tantuʒ relatiue ad euʒ cuius
verbuʒ eſt: ſicut filius ad patreʒ. Sapientia
vero eo quo eſſentia. Et ideo quia vna eſ/
ſentia: vna ſapientia. Quoniaʒ vero ⁊ ver/
buʒ ſapientia eſt: ſed non eo verbuʒ quo ſa/
pientia. Verbuʒ eniʒ relatiue: ſapiētia eſſen
tialiter intelligitur: id dici accipimus cum
dicitur verbuʒ. ac ſi dicatur nata ſapientia:
vt ſit ⁊ filius ⁊ imago. Et hec duo cuʒ dicun
tur. id eſt nata ſapientia in vno eoꝛum eo ꝙ
nata eſt ⁊ ver. uʒ ⁊ imago ⁊ filius intelliga/
tur: ⁊ in his omnibus nominibus non oſtē
datur eſſentia: q꞉ relatiue dicuntur. An in al
tero quod eſt ſapientiaʒ quoniã: ⁊ ad ſe dici/
tur. ſeipſa eniʒ ſapiens eſt: etiam eſſentia de/
mõſtretur: ⁊ hoc eius eſſe quod ſapere. Vn
de pater ⁊ filius ſimul vna ſapientia: quia
vna eſſentia: ⁊ ſigillatiʒ ſapientia de ſapien/
tia: ſicut eſſentia de eſſentia. Quapꝛopt non
quia pater non eſt filius: ⁊ filius non eſt pa/
ter: aut ille ingenitus: ille autē genitus. ideo
non vna eſſentia: quia his nominibus rela/
tiua eoꝛuʒ oſtenduntur. Vterqʒ auteʒ ſimul
vna ſapientia: ⁊ vna eſſentia: vbi hoc eſt eſſe
quod ſapere. non auteʒ ſimul vterqʒ verbuʒ
aut filius: quia non hoc eſt eſſe quod verbū
aut filiuʒ eſſe: ſicut iaʒ ſatis oſtendimus iſta
relatiue dici.

De ſapientia a deo genita vel creata.

Capi. iij.

V t ergo in ſcripturis nunqʒ fere de
ſapientia quicquã dicitur: niſi vt oſtē/
datur a deo genita vel creata: genita
ſcilicet per quaʒ facta ſunt omnia. creata ve/
ro vel facta: ſicut in hominibus cum ad eam
que non creata ⁊ facta: ſed genita eſt conuer/
tuntur ⁊ illuſtrãtur. In ipſis eniʒ fit aliquid
quod vocetur eoꝛuʒ ſapientia: vel illud ſcri/
pturis pꝛenunciantibus aut narrãtibus qᵒ
verbuʒ caro factuʒ eſt ⁊ habitauit in nobis:
hoc modo eniʒ chꝛiſtus facta ſapiētia eſt: q꞉
factus eſt homo. An pꝛopterea non loquitur
in illis libꝛis ſapientia: vel de illa dicitur ali/
quid: niſi ꝙ eam de deo natam oſtendat: aut
factaʒ: quãuis ſit ⁊ pater ipſe ſapientia: quia
illa nobis ſapientia cõmendanda erat: ⁊ imi

ſancta: cuius imitatione formamur. Pater
enim eam dicit vt verbuꝫ eius ſit: nō quomo
do profertur ex ore verbuꝫ ſonans: aut ante
pronunciationeꝫ cogitamur. Spacijs enim
tēporuꝫ hoc cōpletur. illud auteꝫ eternuꝫ eſt:
⁊ illuminando dicit nobis: ⁊ de ſe ⁊ de patre
Mat.ij quod dicendum eſt hominibus. Ideoqꝫ ait.
Nemo nouit filiuꝫ niſi pater: ⁊ nemo nouit
patrem niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuela
re: quia per filiuꝫ reuelat pater. id eſt per ver
buꝫ ſuum. Si enim hoc verbum quod nos
proferimus tēporale ⁊ tranſitorium: ⁊ ſeipꝫ
Joh.i. oſtendit: ⁊ illud de quo loquimur: quanto-
magis verbuꝫ dei: per quod facta ſunt om-
nia: quod ita oſtendit patrem ſicuti eſt pater:
quia ⁊ ipſuꝫ ita eſt: ⁊ hoc eſt quod pater ſecun
dum ꝙ ſapientia eſt: ⁊ eſſentia. nam ſecun-
dum ꝙ verbum: non hoc eſt quod pater: qꝛ
verbum non eſt pater: ⁊ verbum relatiue di
citur ſicut filius: quod vtiqꝫ non pater. Et
ideo chriſtus virtus ⁊ ſapientia dei: quia de
patre virtute ⁊ ſapientia: etiam ipſe virtus: ⁊
ſapientia eſt. ſicut lumen dei patre lumine: ⁊
ſons vite apud deum patrem: vtiqꝫ fontem
Ps.35 vite. Quoniaꝫ apud te inquit propheta eſt
ſons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumē:
Joh.5. quia ſicut pater habet vitam in ſemetipſo: ſic
Ibidē dedit filio habere vitam in ſemetipſo. ⁊ erat
j lumen verum quod illuminat omnem homi
nem venientem in hunc mundum: ⁊ lumen
Joh.j hoc verbum erat apud deuꝫ: ſed ⁊ deus erat
verbuꝫ. Deus auteꝫ lumen eſt: ⁊ tenebre in
eo non ſunt vlle. lumen vero non corporale
ſed ſpiritale. Neqꝫ ita ſpiritale vt illuminatio
Mat.5 ne factum ſit: quemadmodum dictuꝫ eſt apo
ſtolis. Vos eſtis lumen mundi: ſed lumen
quod illuminat omnem hominem. Ea ipſa:
⁊ ſūma ſapientia deus. vnde nunc agimus.
Sapientia vero filius de ſapientia patre: ſi-
cut lumen de lumine: ⁊ deus de deo: vt ⁊ ſin
gulus pater lumen: et ſingulus filius lumē:
et ſingulus pater deus: et ſingulus filius de
Joh us: ergo et ſingulus pater ſapientia et ſingu
lus filius ſapientia. Et ſicut vtrunqꝫ ſimul
Cor j vnuꝫ lumen ⁊ vnus deus: ſic vtrunqꝫ vna
ſapientia. Sed filius factus eſt nobis ſapien
tia a deo: ⁊ iuſtitia ⁊ ſanctificatio: quia tempo
poraliter nos ad illum conuertimur. id eſt ex
aliquo tempore: vt cuꝫ illo maneamus ine-
ternuꝫ. Et ipſe ex quodaꝫ tempore verbum Joh.j.
caro factuꝫ eſt: ⁊ habitauit in nobis. Pro-
pterea igitur cuꝫ pronunciatur in ſcripturis
aut narratur aliquid de ſapientia ſiue dicen-
teꝫ ipſa: ſiue cum de illa dicitur: filius nobis
potiſſimuꝫ inſinuatur. Cuius imaginis exē
plo ⁊ nos nō deſcedamus a deo: quia et nos
imago dei ſumus. Non quidem equalis fa
cta quippe a patre per filium: non nata de pa
tre: ſicut illa. Et nos quia illuminamur lumi
ne: illa vero quia lumen illuminans: et ideo
illa ſine exemplo nobis exempluꝫ eſt. Neqꝫ
enim imitatur precedenteꝫ aliqueꝫ ad patreꝫ
a quo nunqꝫ eſt omnino ſeparabilis: quia id
ipſum eſt quod ille de quo eſt. Nos auteꝫ ni
tentes imitatur manenteꝫ: et ſequimur ſtan-
tem. Et in ipſo ambulantes tendimus ad
ipſum: quia factus eſt nobis via temporalis
per humilitatē: que manſio nobis eterna eſt
per diuinitatem. Quoniā quippe ſpiritibus
mundis intellectualibus qui ſuberbia nō la-
pſi ſunt: in forma dei: et deo equalis et deus
prebet exempluꝫ: vt ſe ideꝫ exempluꝫ redeun
di etiā lapſo preberet homini: qui propter i-
mundiciā peccatorū penāqꝫ mortalitatis deū
videre non poterat: ſemetipſuꝫ exinaniuit: Phi.2
non mutando diuinitatem ſuam: ſed noſtraꝫ
mutabilitatem aſſumendo: ⁊ formam ſerui
accipiens venit ad nos in hunc mundum: j.Thi.j
qui in hoc mundo erat: quia mundus per eū Joh.j.
factus eſt: vt exemplum ſurſum videntibus
deum: exemplum deorſum mirantibus ho-
minem. Exemplum ſanis ad permanendū:
exemplum infirmis ad conualeſcendum. ex
emplum morituris ad non timendum. exem
plum mortuis ad reſurgendum eſſe: in om-
nibus ipſe primatum tenens. Quia enim Colo.j
homo ad beatitudinem ſequi non debebat ni
ſi deum: et ſentire non poterat deum: ſequē
do deum hominem factum ſequeretur ſi-
mul: et quem ſentire poterat et queꝫ ſequi de
beret. Amemus ergo eum et inhereamus il
li caritate diffuſa in cordibus noſtris per Ro.5.
ſpiritumſanctuꝫ qui datus eſt nobis. Non
igitur miruꝫ ſi propter exemplum quod no-
bis vt reformaremur ad imaginem dei pre-
bet imago equalis patri: cuꝫ de ſapientia ſcri
ptura loquitur: de filio loquitur queꝫ ſequi
mur viuēdo ſapienter: quāuis et pater ſit ſa

ꝓictia ſicut lumen: ⁊ deus. Spiritus quoqꝫ
ſanctus ſiue ſumma caritas vtrunqꝫ coniun
j.Jo.4 gens: noſqꝫ ſubiungēs. Quod ideo non in
digne dicitur quia ſcriptuꝫ eſt: deus caritas
eſt: quomodo non eſt etiam ſapientia: cuꝫ ſit
lumen: quoniam deus lumen eſt. ſiue ergo
hoc modo ſiue alio modo eſſentia ſpūſſancti
ſigillatim ac pꝛopꝛie nomināda eſt qm̄ deus
eſt: vtiqꝫ lumen eſt. Et qm̄ lumen eſt: vtique
ſapientia eſt. Deum aūt eſſe ſpūmſſanctum:
j.Cō.3 ſcriptura clamat apud apoſtolum qui dicit.
Neſcitis quia templum dei eſtis. ſtatimqꝫ
ſubijcit: ⁊ ſpiritus dei habitat in vobis. De⸗
us enim habitat in templo ſuo. Non enim
tanqꝫ miniſter habitat ſpiritus dei in templo
j Coꝛ.6 dei. cum alio loco euidentius dicat: Neſcitis
quia coꝛpoꝛa veſtra templum in vobis eſt
ſpiritusſancti queꝫ habetis a deo: eſt nō eſtis
veſtri. empti enim eſtis pꝛecio magno. glo⸗
rificate ⁊ poꝛtate deum in coꝛpoꝛe veſtro.
Quid eſt autem ſapientia niſi lumen ſpirita⸗
le ⁊ incōmutabile. Eſt enim ⁊ ſol iſte lumen
ſed coꝛpoꝛale eſt: ⁊ ſpiritalis creatura lumen
ſed non incommutabile. Lumen ergo pater
lumen filius: lumen ſpiritusſanctus. Simul
autem non tria lumina: ſed vnum lumen.
Et ideo ſapientia pater: ſapientia filius: ſa⸗
pientia ſpiritusſanctus: ⁊ ſimul non tres ſa⸗
pientie: ſed vna ſapientia. ⁊ quia hoc eſt ibi
eſſe quod ſapere: vna eſſentia pater ⁊ filius ⁊
ſpiritusſanctus. Nec aliud eſt ibi eſſe quam
deum eſſe. Vnus ergo deus: pater ⁊ filius
⁊ ſpiritusſanctus.

Quid vel a grecis vel a latinis neceſſe fue⸗
rit dici de ineffabili trinitate.

Capitu. iiij.

Taqꝫ loquēdi cauſa de ineffabilibus
i vt fari aliquo modo poſſimus qđ effa
ri nullo modo poſſumus: dictuꝫ eſt a
noſtris grecis vna eſſentia: tres ſubſtantie.
a latinis aūt vna eſſentia vel ſubſtātia: tres ꝑ
ſone: quia ſicut iam diximus: nō aliter in ſer
mone noſtro. id eſt latino eſſentia qꝫ ſubſtan
tia ſolet intelligi. Et dū itelligat ſaltē i enig⸗
mate qđ dicit: placuit ita dici vt diceret aliqd
cū quereret qd tria ſint: que tria eſſe fides ve
ra pꝛonunciat: cum ⁊ patrem non dicit eſſe fi
liuꝫ: ⁊ ſpiritūſanctum quod eſt donū dei nec
patrem dicit eſſe nec filium. Cum ergo que⸗
rit quid tria: vel qd tres: ꝯferimus nos ad in

ueniendꝰ aliquod ſpeciale vel generale no⸗
men quo cōplectamur hec tria: neqꝫ occurrit
aio qꝛ excedit ſupereminētia diuinitatis vſi⸗
tati eloquij facultatem. Verius enim cogitat
deus qꝫ dicit: ⁊ verius eſt qꝫ cogitat. Cum
enim dicimus: non eundē eſſe iacob qui eſt
abꝛaaꝫ. iſaac aūt nec abꝛaam eſſe nec iacob:
tres eſſe vtiqꝫ fatemur abꝛaā: iſaac: ⁊ iacob.
Sed cum querit qd tres: reſpondemus tres
homines nomine ſpeciali eos pluraliter ap⸗
pellantes: generali autēꝫ ſi dicamus tria ani
malia. homo enim ſicut veteres diffinierūt:
animal eſt rationale: moꝛtale. Aut ſicut ſcri⸗
pture noſtre loqui ſolent: tres animas cum a
parte melioꝛe totuꝫ appellari placet. id eſt ab
anima: cum coꝛpus ⁊ anima ſit totus homo.
Ita quippe dictum eſt in egyptum deſcen⸗
diſſe cum iacob animas ſeptuagintaquinqꝫ:
pꝛo tot hominibus. Item cuꝫ dicimus equū
tuum non eum eſſe qui meus eſt: ⁊ tertium
alicuius alterius: nec meum eſſe nec tuuꝫ: fa
temur tres eſſe. Et interroganti quid tres re
ſpondemus tres equos nomine ſpeciali: ge⸗
nerali aūt tria animalia. Itē cū dicimus bo⸗
uem non eſſe equū: canem vero nec bouem
eſſe nec equū: tria quedā dicimus. ⁊ percun
tantibus quid tria: nō iā ſpeciali nomine di
cimus tres equos: aut tres: boues: aut tres
canes: quia nō eadem ſpecie cōtinentur: ſed
generali tria animalia: ſiue ſuperioꝛe genere
tres ſubſtantias: vel tres creaturas: vel tres
naturas. Queunqꝫ autem plurali numero
enunciant: ſpecialiter vno nomine: etiam ge
neraliter enunciari poſſunt. Nō aūt oia que
generaliter vno nomine appellantur: etiam
ſpecialiter appellare vno nomine poſſumꝰ.
Nā tres equos quod eſt nomen ſpeciale: eti
am animalia tria dicimus. Equū vero ⁊ bo
uem: ⁊ canem: animalia tria tm̄ dicimus vel
ſubſtantias que ſunt generalia nomina: ⁊ ſi
qd aliud de his generaliter dici poteſt. Tres
vero equos: aut boues: aut canes que ſpecia
lia vocabula ſunt: nō ea poſſumꝰ dicere. Ea
qppe vno nomine qꝫuis pluraliter enuncia⸗
mus: que cōiter habent illud qđ eo nomine
ſignificat. Abꝛaaꝫ qppe ⁊ iſaac: ⁊ iacob: cōe
habent id qđ eſt homo. Itaqꝫ dicuntur tres
homines. Equus quoqꝫ ⁊ bos ⁊ canis: cō⸗
mune habent id quod eſt animal. Dicuntur
ergo tria animalia. Ita tres aliquas lau⸗

ros: etiã tres arbores dicimus: laurum ve/
ro ⁊ mirtum: ⁊ oleam: tantum tres arbores
vel tres ſubſtãtias: aut tres naturas. atqȝ ita
tres lapides: etiã tria corpora. lapidem vero
⁊ lignum ⁊ ferrũ: tñ tria corpora: vel ſi quo
etiã ſuperiore generali nomine dici poſſunt.
Pater ergo ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus quo/
niaȝ tres ſunt: queramus quid tres ſunt: ⁊
quid cõmune habeant. Non eniȝ cõmune il
lis eſt id quod pater eſt: vt inuicem ſibi ſint
patres: ſicut amici: cum relatiue ad alterutrũ
dicantur: poſſunt dici tres amici ꝙ inuicem
ſibi ſunt. Non aũt hoc ibi: quia tantum pa/
ter ibi pater: nec duorum pater: ſed vnici fi/
lij. Nec tres filij: cum pater ibi non ſit filius
nec ſpiritusſanctus. Nec tres ſpiritusſancti:
quia ⁊ ſpiritusſanctus ꝓpria ſignificatione
qua etiam donum dei dicit̃ nec pater nec fili
us. Quid igitur tres. Si enim tres perſone
cõmune eſt eis id quod perſona eſt: ergo ſpe
ciale hoc: aut generale nomen eſt eis: ſi con
ſuetudinem loquendi reſpicimus. Sed vbi
eſt nature nulla diuerſitas: ita ibi generaliter
enunciantur aliqua plura vt etiam ſpecialiter
enunciari poſſint. Nature enim differentia
facit: vt laurus ⁊ mirtus: ⁊ olea: aut equus:
aut bos: aut canis. non dicantur ſpeciali no/
mine: iſte tres lauri: aut illi tres boues. ſed
generali: vt iſte tres arbores: ⁊ illa tria ani/
malia. Hic vero vbi nulla eſt eſſentie diuer
ſitas: oportet vt ſpeciale nomen habeant hec
tria: quod tamen non inuenitur. Nam per/
ſona generale nomen eſt: intantum vt etiam
homo poſſit hoc dici: cum tantum interſit in
ter hominem ⁊ deum. Deinde in ipſo gene
rali vocabulo: ſi propterea dicimus tres per
ſonas: quia cõmune eſt eis id quod perſona
eſt. Alioqn nullo modo poſſun ita dici quẽ/
admodum non dicuntur tres filij: quia non
commune eſt eis id quod eſt filius: cur non
etiam tres deos dicimus: certe eniȝ quia pa/
ter perſona: ⁊ filius perſona: ⁊ ſpiritusſctũs
ꝑſona: ideo tres perſone. Quia ergo pater
deus: ⁊ filius deus: ⁊ ſpiritusſanctus deus:
cur non tres dij. Aut quoniam ꝓpter inef
fabilem coniunctionem hec tria ſimul vnus
deus: cur non etiam vna perſona: vt ita non
poſſimus dicere tres perſonas: quãuis ſin/
gulam quãqȝ appellemus perſonam quẽad
modum non poſſumus dicere tres deos:
quãuis quẽqȝ ſingulum appellemus deuȝ:
ſiue patrem: ſiue filium: ſiue ſpiritũſanctum.
An quia ſcriptura non dicit tres deos: ſed
nec tres perſonas alicubi ſcripturam cõme/
morare inuenimus. An quia nec tres: nec
vnam perſonam ſcriptura dicit hec tria. Le/
gimus enim perſonam domini: non perſo/
nam dominum: propterea licuit loquendi ⁊
diſputandi neceſſitate tres ꝑſonas dicere. nõ
quia ſcriptura dicit: ſed qꝛ ſcriptura non con
tradicit. Si autem diceremus tres deos: Deu. 6
contradiceret ſcriptura dicens. Audi iſrael:
dominus deus tuus deus vnus eſt. Cur er
go ⁊ tres eſſentias non licet dicere: quod ſi/
militer ſcriptura ſicut non dicit: ita nec con/
tradicit. Nam eſſentia ſi ſpeciale nomen eſt
cõmune tribus: cur non dicantur tres eſſen
tie: ſicut abraaȝ: iſaac: ⁊ iacob: tres homines
quia homo ſpeciale nomen eſt cõmune om/
nibus hominibus. Si autem ſpeciale no/
men non eſt eſſentia: ſed generale: quia ho/
mo ⁊ pecus: ⁊ arbor ⁊ ſidus: ⁊ angelus di/
citur eſſentia: cur nõ dicuntur iſte tres eſſen
tie: ſicut tres equi dicuntur tria animalia: et
tres lauri dicuntur tres arbores: ⁊ tres lapi
des tria corpora. Aut ſi propter vnitatẽ tri/
nitatis non dicuntur tres eſſentie: ſed vna
eſſentia: cur non propter eandem vnitatem
non dicuntur tres ſubſtantie: vel ꝑſone: ſed
vna ſubſtantia ⁊ vna ꝑſona. Quam eniȝ ẽ il
lis cõmune nomen eſſentie: ita vt ſingulus
quiſqȝ dicat̃ eſſentia: tam illis commune eſt
vel ſubſtantie vel ꝑſone vocabuluȝ. Quod
enim de ꝑſonis ſecundũ noſtrã: hoc de ſub/
ſtantijs ſecundũ grecoꝝ cõſuetudinẽ ea que
diximus oportet intelligi. Sic enim dicũt il
li tres ſubſtantias vnaȝ eſſentiam: quemad
moduȝ nos dicimus tres ꝑſonas vnã eſſen
tiam vel ſubſtantiã. Quid igit̃: reſtat: niſi vt
fateamur loquendi neceſſitate parta hec vo/
cabula: cum opus eſſet copioſa diſputatione
aduerſum inſidias vel errores hereticoꝛuȝ:
Cũ enim conaret̃ humana inopia loqñdo:
ꝓferre ad hominum ſenſus: qđ i ſecretario:
mentis ꝓ captu tenet: de domino deo creato
re ſuo: ſiue ꝑ piam fidẽ: ſiue ꝑ qualemcunqȝ
intelligentiã: timuit dicere tres eſſentias: ne
intelligeret̃ in illa ſumma equalitate vlla di/
uerſitas. Rurſus nõ eſſe tria quedã: nõ po/
terat dicere qđ ſabellius. quia dixit: in here/

ſim lapſus ē. Certiſſime quippe ⁊ de ſcripturis cognoſcit̃ qđ pie credendum eſt: ⁊ aſpectu mētis indubitata pceptione perſtringit̃: ⁊ patrem eſſe ⁊ filius ⁊ ſpiritumſanctum: nec eundem filium eſſe qui pater eſt: nec ſpiritumſanctum eundem patrem eſſe vel filiuꝫ. Queſiuit quid tria diceret: ⁊ dixit ſubſtantias ſiue perſonas: quibus nominibus non diuerſitatem intelligi voluit: ſed ſingularitatem voluit: vt non ſolum ibi vnitas intelligatur: ex eo ꝙ dicitur vna eſſentia. Sed et trinitas: ex eo ꝙ dicuntur tres ſubſtātie vel pſone. Nam ſi hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere: ita non erant dicende tres ſubſtantie: vt non dicuntur tres eſſentie: quemadmodum quia hoc ē deo eſſe qđ ſapere: ſicut non tres eſſentias: ita nec tres ſapiētias dicim⁹. Sic eniꝫ quia hoc illi eſt deum eſſe quod eſt eſſe: tam tres eſſentias q̃ꝫ tres deos dici fas non eſt: Si autem aliud eſt deo eſſe: aliud ſubſiſtere: ſicut aliud deo eſſe: aliud patrem eſſe vel dominum eſſe. quod enim eſt ad ſe dicitur. pater autem ad filium: ⁊ dominus ad ſeruientem creaturam dicitur: relatiue ergo ſubſiſtit: ſicut relatiue gignit: ⁊ relatiue dominatur. Ita iam ſubſtantia non erit ſubſtantia: quia relatiuum erit. Sicut enim ab eo qđ eſt eſſe appellatur eſſentia: ita ab eo qđ eſt ſubſiſtere ſubſtantiam dicimus. Abſurdum eſt autem: vt ſubſtantia relatiue dicat̃. Omnis enim res ad ſeipſaꝫ ſubſiſtit: quāto magis deus. Si tamen dignum ē: vt deus dicatur ſubſiſtere.

De ſubſtantia ⁊ eſſentia.

Capitulum. v.

d E his enim rebus recte intelligitur: in quibus ſubiectis: ſunt ea que in aliquo ſubiecto eſſe dicuntur: ſicut color aut forma in corpore. Corpus enim ſubſiſtit: ⁊ ideo ſubſtantia eſt. Illa vero inſubſiſtente atqꝫ ſubiecto corpore: que non ſubſtantie ſunt: ſed in ſubſtantia. ⁊ ideo ſi eſſe deſinat: vel ille color. vel illa forma: non adimunt corpori eſſe corpus: quia non hoc ei ē eſſe: quod illam vel illam formam coloreꝫ vel retinere. Res vero mutabiles neqꝫ ſimplices proprie dicuntur ſubſtantie. Deus autem ſi ſubſiſtit vt ſubſtantia proprie dici poſſit: ineſt in eo aliquid tanqꝫ in ſubiecto: et non eſt ſimplex: cui hoc ſit eſſe quod illi eſt. ⁊ quicquid aliud de illo ad illum dicitur: ſicut magnus: omnipotens: bonus: ⁊ ſi quid huiuſmodi de deo nō incōgrue dicitur. Nec fas eſt autem dicere vt ſubſiſtat: ⁊ ſubſit deus bonitati ſue atqꝫ illa bonitas non ſubſtantia ſit vel potius eſſentia: neqꝫ ipſe deus ſit bonitas ſua: ſed in illo ſit tanqꝫ in ſubiecto. Unde manifeſtum eſt deuꝫ abuſiue ſubſtātiam vocari: vt nomine vſitatiore intelligatur eſſentia: quod vere ⁊ proprie dicitur: ita vt fortaſſe ſolum deum dici oporteat eſſentiam. Eſt eniꝫ vere ſolus: qui incōmutabilis eſt: idqꝫ nomen ſuuꝫ famulo ſuo moyſi enūtiauit: cum ait: Ego ſum qui ſum: Et dices ad eos: qui eſt miſit me ad vos. Sed tamen ſiue eſſentia dicatur quod proprie dicitur: ſiue ſubſtantia quod abuſiue: vtrunqꝫ ad ſe dicitur: non relatiue ad aliquid. Unde hoc ē deo eſſe quod ſubſiſtere. ⁊ ideo ſi vna eſſentia trinitas: vna etiam ſubſtātia. fortaſſis igitur cōmodius dicuntur tres perſone: q̃ꝫ tres ſubſtantie. Ex

De tribus perſonis vnius eſſentie.

Capitu. vj.

ſ Ed ne vobis videar ſuffragari: hoc quoqꝫ requiramus. Quāqꝫ ⁊ illi ſi vellent ſicut dicunt tres ſubſtantias: tres hypoſtaſes: poſſent dicere tres perſonas. tria proſopa. Illud autem maluerunt: quod forte ſecundum lingue ſue conſuetudinem aptius diceretur. Namqꝫ ⁊ i perſonis eadē ratio eſt. Non enim aliud eſt deo eſſe: aliud perſonā eſſe: ſed omnino idem. Nam ſi eſſe ad ſe dicitur: perſona vero relatiue: ſic dicamus tres perſonas patrem ⁊ filiuꝫ ⁊ ſpiritumſanctū: quemadmodum dicuntur aliqui tres amici: aut tres propinqui: aut tres vicini: ꝙ ſint ad inuicem: non ꝙ vnuſquiſqꝫ eorum ſit ad ſeipſum. Quapropter quilibet ex eis amicus eſt duorū ceterorum: aut propinquus: aut vicinus: quia hec nomina relatiuam ſignificationem habent. Quid ergo non placet vt dicamus patreꝫ perſonam eſſe filij: ⁊ ſpiritusſancti: aut filium perſonaꝫ eſſe patris ⁊ ſpiritusſancti: aut ſpiritumſanctuꝫ perſonam eſſe patris ⁊ filij: Sed neqꝫ ꝑſona ita dici alicubi ſolet: neqꝫ in hac trinitate cum dicimus perſonam patris: aliud di

cimus ꝗ̃ ſubſtantiam patris. Quo circa vt
ſubſtantia patris ipſe pater eſt: nõ quo pater
eſt, ſed quo eſt, ita ⁊ pſona patris: non aliud
ꝗ̃ ipſe pater eſt. ad ſe quippe dicitur perſo/
na: non ad filium: vel ſpiritumſanctum. ſi
cut ad ſe dicitur deus: ⁊ magnus: ⁊ bonus:
⁊ iuſtus: ⁊ ſi quid aliud huiuſmodi. Et quẽ/
admoduꝫ hoc illi eſt eſſe ꝙ deum eſſe: ꝙ ma
gnuꝫ: ꝙ bonum eſſe. ita hoc illi ẽ eſſe: ꝙ per
ſonam eſſe. Cur ergo nõ hec tria ſimul vnã
pſonam dicimus: ſicut vnam eſſentiã ⁊ vnũ
deum. ſed tres dicimus perſonas: cum tres
deos: aut tres eſſentias nõ dicamus: niſi qꝛ
volumus: vel vnũ aliquod vocabulum ſer/
uire huic ſignificationi qua intelligitur tri/
nitas: ne omnino taceremus interroganti:
quid tres: cum tres eſſe fateremur: Nam ſi
genus eſt eſſentia. ſpecies autem ſubſtantia
ſiue perſona: vt nonnulli ſentiunt: omitto il
lud quod iam dixi: oportere appellare tres
eſſentias: vt appellantur tres ſubſtantie vel
perſone. ſicut appellãtur tres equi eademꝗ̃
animalia tria: cum ſit ſpecies equus: animal
genus. Neqꝫ enim ſpecies ibi pluraliter
dicta eſt: ⁊ genus ſingulariter: tanꝗ̃ dicere
tur tres equi vnũ animal. ſed ſicut tres equi
ſpeciali nomine: ita tria animalia generali
nomine. Quod ſi dicunt ſubſtantie: vel p/
ſone nomine non ſpeciem ſignificari: ſed ali
quid ſingulare atqꝫ indiuiduum: vt ſubſtã/
tia vel perſona: nõ ita dicat̃ ſicut dicit̃ homo
quod cõmune eſt omnibus hominibus. Sꝫ
quomodo dicitur hic homo. velut abraam:
velut iſaac: velut iacob: vel ſi quis alius qui
etiam digito preſens demonſtrari poſſit. ſic
quoqꝫ illos eadẽ ratio ꝯſequet̃. Sicut enim
dicuntur abraam: iſaac ⁊ iacob tria indiui/
dua ita tres homines: ⁊ tres anime. Cur er
go pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus: ſi ſecũduꝫ
genus ⁊ ſpeciem ⁊ indiuiduũ etiã iſta diſſeri
mus: non ita dicuntur tres eſſentie vt tres
ſubſtantie ſeu perſone: ſed hec vt dixi omit/
to. Illud dico: ſi eſſentia genus eſt: vna eſ/
ſentia iam non habet ſpecies. ſicut quia ge/
nus eſt animal: vnuꝫ animal iam nõ habet
ſpecies. Non ſunt ergo tres ſpecies vnius
eſſentie: pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. Si
autẽ ſpecies eſt eſſentia: ſicut ſpecies eſt ho/
mo. tres vero ille quas appellamus ſubſtan
tias ſiue perſonas. ſic eandem ſpeciẽ cõmu/
niter habent: quemadmoduꝫ abraam ⁊ iſaac
⁊ iacob. ſpeciem que homo dicitur commu/
niter habent. nõ ſicut homo ſubdiuiditur in
abraam: iſaac: ⁊ iacob. ita vnus homo ⁊ in
aliquos ſingulos homines ſubdiuidi poteſt.
oĩno enim non poteſt: quia vnus homo iam
ſingulus homo eſt. Cur ergo vna eſſentia
in tres ſubſtantias vel perſonas ſubdiuidi/
tur. Nam ſi eſſentia ſpecies eſt ſicut homo:
ſic eſt vna eſſentia ſicut vnus homo: an ſicut
dicimus aliquos tres homines eiuſdem ſe/
xus: eiuſdem tẽperatiõis corporis: eiuſdemꝗ̃
animi vnaꝫ eſſe naturã. tres eniꝫ ſunt homi
nes: ſed vna natura. Sic etiam ibi dicimus
tres ſubſtantias vnã eſſentiã: aut tres perſo
nas vnaꝫ ſubſtãtiaꝫ vel eſſentiã. Hoc vero
vtcunꝗ̃ ſimile eſt: quia ⁊ veteres qui latine
locuti ſunt: antequaꝫ haberent iſta nomina:
que non diu eſt vt in vſum venerunt. id eſt
eſſentiam vel ſubſtantiaꝫ pro his naturã di
cebant. Nõ itaqꝫ ſecunduꝫ genus ⁊ ſpecies
iſta dicimus: ſed quaſi ſecundũ cõmunẽ ean
dẽqꝫ materiem. Sicut ex eodem auro ſi fie/
rent tres ſtatue: diceremus tres ſtatuas vnũ
aurum. nec tamen diceremus genus aurũ:
ſpecies autẽ ſtatuas. nec aurum ſpeciem: ſta
tuas vero indiuidua. Nulla quippe ſpecies
indiuidua ſua tranſgreditur: vt aliquid ex/
tra comprehendat. Cuꝫ eniꝫ diffiniero quid
ſit homo: quod eſt nomen ſpeciale: ſinguli
quiqꝫ homines qui ſunt indiuidua eadem
diffinitiõe cõtinẽtur: nec aliquid ad eã perti/
net quod homo non ſit. Cum vero aurũ dif
finiero: nõ ſole ſtatue ſi auree fuerint: ſed et
anuli: ⁊ ſi quid aliud de auro fuerit ad aurum
pertinebit: ⁊ ſi nihil inde fiat: aurum dicitur
qꝛ etiaꝫ ſi nõ ſint auree: nõ ideo nõ erunt ſta/
tue. Item nulla ſpecies excedit diffinitioneꝫ
generis ſui. Cum enim diffiniero animal:
quoniã generis huius ſpecies eſt equus: om
nis equus animal eſt: nõ auteꝫ ſtatua oĩs au
rum eſt. Ideo quãuis in tribus ſtatuis aure
is: recte dicamus tres ſtatuas vnum auruꝫ:
non tamẽ ita dicimus vt genus aurum: ſpe/
cies vero ſtatuas intelligamus. Nec ſic er/
go trinitatẽ dicimus tres perſonas vel ſub/
ſtantias: vnam eſſentiam ⁊ vnum deum: tã
quã ex vna materia tria quedaꝫ ſubſiſtãt: etiã
ſi quicquid illud eſt: in his tribus explicatum
ſit. Non eniꝫ aliquid aliud eius eſſentie eſt:

pręter iſtā trinitatem: tamen tres perſonas
eiuſdē eſſentie vel tres perſonas vnaꝫ eſſen
tiam dicimus. tres autꝫ perſonas ex eadeꝫ
eſſentia nō dicimus: quaſi aliud ibi ſit quod
eſſentia eſt: aliud quod perſona. ſicut tres
ſtatuas ex eodeꝫ auro poſſumus dicere. Ali
ud eniꝫ illic eſt eſſe auruꝫ: aliud eſſe ſtatuas.
Et cuꝫ dicuntur tres homines vna natura:
vel tres homines eiuſdē nature poſſunt etiā
dici tres homines ex eadem natura: quia ex
eadē natura: ⁊ alij tres homines poſſunt exi
ſtere. In illa vero eſſentia trinitatis: nullo mō
alia q̄libet pſona ex eadē eſſentia poteſt exiſte
re. Unde in his rebus non tantū eſt vnus
homo: quantū tres homines ſimul. Et plus
ſunt aliquid homines duo: q̄ꝫ vnus homo.
Et in ſtatuis equalibus plus auri eſt tres ſi/
mul: q̄ꝫ ſingule ſtatue. ⁊ minus auri eſt vna
q̄ꝫ due. At in deo nō ita eſt. Nō eniꝫ maior
eſſentia eſt pater, ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ſi
mul q̄ꝫ ſolus pater aut filius. Sꝫ tres ſimul
ille ſubſtantie ſiue pſone ſi ita dicende ſunt:
equales ſunt ſingulis: quod animalis homo
non percipit. Non enim poteſt cogitare niſi
moles ⁊ ſpacia: vel minuta vel grandia voli
tantibus i animo eius phātaſmatibus: tāq̄ꝫ
imaginibus corporū. Ex qua immunditia do
nec purget: credat in patrem ⁊ filium ⁊ ſpiri
tumſanctum: vnuꝫ deum: ſolum: magnum
omnipotentē: bonuꝫ: iuſtum: miſericordē:
omnium viſibiliū ⁊ inuiſibiliuꝫ cōditorem.
⁊ quicquid de illo ꝓ humana facultate digne
vereq̄ꝫ dici poteſt. Neq̄ꝫ cū audierit patrem
ſolum deū: ſeparet inde filium: aut ſpiritum
ſanctū. Cum eo quippe ſolus deus: cū quo ⁊
vnus deus ē: q2 ⁊ filiū cū audimus ſolū deū
ſine vlla ſeparatione patris aut ſpiritus ſan
cti oportet accipere: atq̄ꝫ ita dicat vnaꝫ eſſen
tiaꝫ: vt nō exiſtimet aliud alio vel maius vel
melius: vel ex aliqua parte diuerſum. Non
tamē vt pater ipſe ſit ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: ⁊
quicq̄d aliud ad alterutrū ſingula dicuntur.
ſicut verbū quod non dicit̄ niſi filius: aut do
nuꝫ qd̄ non dicit̄ niſi ſpirituſſanctus. ꝓpter
quod etiam pluralē numerum admittunt: ſi
Joh.10 cut in euangelio ſcriptū eſt: Ego ⁊ pater vnū
ſumus. Et vnum dixit: ⁊ ſumus. Unuꝫ ſe
cundū eſſentiam qd̄ ideꝫ deus. ſumus ſecun
dum relatiuū: quod ille pater: hic filius. Ali
quando ⁊ tacetur vnitas eſſentie: ⁊ ſola plu
raliter relatiua cōmemorantur. Ueniemus
ad eū ego ⁊ pater: ⁊ habitabimus apud euꝫ.
Ueniemus ⁊ habitabimus pluralis nume
rus eſt: q2 p̄dictuꝫ ē: Ego ⁊ pater. id ē pater
⁊ filius: que relatiue ad inuiceꝫ dicunt̄. Ali/
quādo latenter omnino. ſicut i geneſi: Faci/
amus hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudinē
noſtrā. Et faciamus: ⁊ noſtrā: pluraliter di
ctū eſt: ⁊ niſi ex relatiuis accipi nō pōt. Non
enim vt facerent dij: aut ad imaginē ⁊ ſimili
tudinem deoꝝ: ſed vt facerent pater ⁊ filius
⁊ ſpūſſanctus ad imaginē patris ⁊ filij ⁊ ſpi/
rituſſancti: vt ſubſiſteret homo imago dei.
Deus autem trinitas. Sed quia non omni
no equalis fiebat illa imago dei: tanq̄ꝫ non
ab illo nata: ſed ab eo creata. Huius rei ſig
nificande cauſa ita imago eſt: vt ad imaginē
ſit. id eſt non equatur parilitate: ſed quadam
ſimilitudine accedit. Non enim locorū inter
uallis: ſed ſimilitudine acceditur ad deum: ⁊
diſſimilitudine receditur ab eo. Sunt eniꝫ
qui ita diſtinguunt vt imaginem velint eſſe
filium. hominem vero non imaginem: ſed
ad imaginē. Refellit autē eos apoſtolus di
cens: Uir quidem non debet velare caput:
cū ſit imago ⁊ gloria dei. Non dixit ad ima
ginem: ſed imago. Que tamen imago cum
alibi dicitur: Ad imaginem: non quaſi ad fi
lium dicit̄: que imago equalis eſt patri: alio
quin non diceret ad imaginē noſtram. Quo
modo enim noſtram: cum filius ſolius pa/
tris imago ſit. Sed propter impareꝫ vt di/
ximus ſimilitudinē: dictus eſt homo ad ima
ginem. ⁊ ideo noſtrā. vt imago trinitatis eſ
ſet homo: nō trinitati equalis ſicut filius pa/
tri: ſed accedens vt dictum eſt quadam ſimi
litudine. ſicut in diſtantibus ſignificatur que/
dam vicinitas: non loci: ſed cuiuſdam imita
tionis. Ad hoc enim eis ⁊ dicitur: Refor/
mamini in nouitate mentis veſtre. Quibus
item dicit: Eſtote itaq̄ꝫ imitatores dei ſicut
filij cariſſimi. Nouo enim homini dicitur:
Qui renouatur in agnitioneꝫ dei: ſecunduꝫ
imaginē eius qui creauit eum. Aut ſi iaꝫ pla
cet ꝓpter diſputandi neceſſitatem: etiam ex/
ceptis nominibus relatiuis. pluraleꝫ nume/
ruꝫ admittere: vt vno nomine reſpondeat:
cū queritur: quod tria: ⁊ dicere tres ſubſtan/
tias: ſiue tres perſonas. nulle moles aut in
terualla cogitentur: nulla diſtantia quantu/

lecunqꝫ diſſimilitudinis: aut vt intelligatur
aliud alio vel paulo minus quocunqꝫ modo
minus eſſe aliud alio poteſt: vt neqꝫ perſona
rūʒ ſit confuſio: nec talis diſtinctio qua ſit im
par aliquid. Quod ſi intellectu capi nō pōt:
fide teneatur: donec illuceſcat in cordibus
ille: qui ait per prophetam. Niſi credideritis
nō intelligetis.

Explicit liber ſeptimus.

Incipiūt capitula libri octaui.

i De indifferēti magnitudine trinitatis
in qua nō eſt plus ipſa trinitas ſimul
quā ſingula queqꝫ perſona.
ij Qđ de eſſentia veritatis que eſt trini/
tas deus: nihil corporeū neqꝫ mutabi/
le debeat cogitari.
iij De vero ⁊ ſūmo ⁊ vno bono.
iiij De dilectiōe in deū per fidē.
v De ſacramēto incarnatiōis dñi: ⁊ ſal
uatoris noſtri ieſu chriſti.
vi Quid in ſanctis quos nō vidimus di
ligamus.
vij De vera dilectiōe.
viij Quod qui fratrē diligit deū diligat: q
amat ⁊ ipaꝫ dilectionē que ex deo ⁊ de
us eſt.
ix Quod ex ea forma qua diligitur iu/
ſtus: diligatur deus: quia nō poteſt ea
que dilectionē excitat forma nō diligi:
eadēqꝫ eſt deus: qꝛ deus caritas eſt.
x De amāte ⁊ quod amatur ⁊ amore.

Aurelij auguſtini proemiū in librū. viij.
Iximus alibi ea dici proprie in illa
d trinitate diſtincte ad ſingulas perſo/
nas pertinētia: que relatiue dicūtur
ad inuicē: ſicut pater ⁊ filius ⁊ vtriuſ
qꝫ donū ſpirituſſanctus. Nō eni pater trini
tas: aut filius trinitas: aut trinitas donum.
Quod vero ad ſe dicūtur ſinguli: nō dici plu
raliter tres: ſed vnā ipaꝫ trinitatē: ſicut deus
pater: deus filius: deus ſpirituſſanctus. Et
dñs pater: dñs filius: dñs ſpirituſſanctus.
Et omnipotēs pater: oīpotens filius: oīpo/
tēs ſpirituſſanctus. Nec tñ tres dij: aut tres
dñi: aut tres oīpotentes. Sed vnus deus:
dominus: oīpotēs: ipſa trinitas: ⁊ quicquid
aliud: nō ad inuicē relatiue: ſed ad ſe ſingulī
dicitur. Hoc eniꝫ ſecundū eſſentiaꝫ dicitur
quia hoc eſt ibi eſſe: ꝙ magnū eſſe: ꝙ bonū:
ꝙ ſapientē eſſe: ⁊ quicquid aliud ad ſe vna/
queqꝫ ibi perſona: vel ipſa trinitas dicitur.
Ideoqꝫ dici tres perſonas: vel tres ſubſtā/
tias: nō vt aliqua itelligatur diuerſitas eſſen
tie: ſed vt vel vno aliquo vocabulo reſpōde/
ri poſſit: cū dicitur quid tres: vel quid tria: tā
tāqꝫ eſſe equalitatē in ea trinitate: vt non ſolū
pater nō ſit maior quā filius: quod attinet ad
diuinitatē: ſed nec pater ⁊ filius ſimul maius
aliquid ſint quā ſpirituſſanctus: aut ſingula
queqꝫ perſona quelibet triū: minus aliꝗd ſit
quā ipſa trinitas. Dicta ſunt hec: ⁊ ſi ſepius
verſando repetantur: familiarius quidē ino
teſcunt. Sed ⁊ modus aliquis adhibēdus ē:
deoqꝫ ſupplicandū deuotiſſima pietate: vt in
tellectū aperiat: ⁊ ſtudiū cōtentionis aſſumat
quo poſſit mente cerni eſſentia veritatis: ſi/
ne vlla mole: ſine vlla mobilitate. Nūc itaqꝫ
in quantū ipſe adiuuat creator mire miſeri/
cors: attendamus hec que modo tā interio/
ra quā ſuperiora tractabimus: cū ſit eadē ſer
uata illa regula: vt quod intellectui noſtro nō
dū eluxerit: a firmitate fidei nō dimittatur.
De indifferenti magnitudine trinitatis in
qua non eſt plus ipſa trinitas ſimul quā ſin/
gula queqꝫ perſona.

Capi. primū.

Icimus eniꝫ non eſſe in hac tri/
nitate maius aliquid duas aut
tres perſonas quā vnā earū: qđ
d nō capit cōſuetudo carnalis: nō
ob aliud niſi: quia vera que crea
ta ſunt ſentit vt poteſt: veritatē
autē ipſā qua creata ſunt nō po/
teſt intueri. Nā ſi poſſet: nullo modo eſſet
lux iſta corporea māifeſtior quā hoc quod di
ximus. In ſubſtantia quippe veritatis: quo
niā ſola vera eſt: nō eſt maior aliqua: niſi que
verius eſt. Quicquid autē intelligibile atqꝫ
incōmutabile eſt: nō aliud alio verius eſt: qꝛ
eque incomutabiliter eternuꝫ eſt. Nec quod
ibi magnū dicitur: aliūde magnū eſt: quā eo
quod vere eſt. Quapropter vbi magnitudo
ipſa veritas eſt: quicquid plus habet magni/
tudinis: neceſſe eſt vt plus habeat veritatis.
Quicquid ergo plus veritatis nō habet: nō
habet plus etiā magnitudinis. Porro qꝗd

plus habet veritatis: pfecto verius eſt: ſicut maius ē qđ plus habet magnitudinis: hoc ergo ibi eſt maius qđ verius. Non autē verius ē pater ⁊ filius ſimul: q̄ȝ ſingulus pater: aut ſingulus filius. Nō igitur maius aliqd vtrūqȝ ſimul: q̄ȝ ſingulū eoꝝ. Et qm̄ eque vere ē etiā ſpiritusſanctus: nec pater ⁊ filius ſimul: maius aliquid eſt q̄ȝ ipſe: qꝛ nec verius ē. Pater quoqȝ ⁊ ſpiritusſanctus ſimul: qm̄ veritate nō ſuperant filiuȝ. Nō enim verius ſunt: nec magnitudine ſuperant. Atqȝ ita filius ⁊ ſpiritusſanctus ſimul: tam magnum aliquid ſunt: q̄ȝ pater ſolus: qꝛ tam vere ſunt. Sic ⁊ ipſa trinitas taȝ magnum eſt: q̄ȝ vnaqueq̄ȝ ibi pſona. Nō eniȝ ibi maior ē que verior nō eſt: vbi eſt ipſa veritas magnitudo. Quia in eſſentia veritatis: hoc eſt veꝝ eſſe qđ eſt eſſe: ⁊ hoc eſt eſſe qđ eſt magnū eſſe. hoc ergo magnū eſſe: qđ veruȝ eſſe. Qđ igit̄ ibi eque veruȝ eſt: etiam eque magnum ſit: neceſſe eſt.

Qđ de eſſentia veritatis q̄ ē trinitas deꝰ nihil corporeū neqȝ mutabile debeat cogitari.

Capi. ij.

cit: ſi fieri pōt qđ vis. Si eni beatus ē: qcqd
vult fieri: pōt: qꝛ nō vult qđ fieri nō pōt. Sꝫ
nō ē mortalitatis huius hec vita. nec erit niſi
quādo ⁊ immortalitas erit. Que ſi nullo mo
do dari homini poſſet: fruſtra etiā beatitudo
quereret. quia ſine imortalitate nō pōt eſſe.

Perfectam beatitudinem niſi in eterna vi/
ta eſſe non poſſe. Capitu. viij.

Um ergo beati eſſe omnes hoies
c volunt: ſi veruꝫ volunt: ꝓfecto ⁊ eſ
ſe imortales volunt. Aliter enīꝫ be
atis eſſe nō poſſunt. Deniqꝫ ⁊ de imortalita
te iterrogati. ſicut ⁊ de beatitudine: oēs eā ſe
velle reſpondēt. Sed qualiſcūqꝫ beatitudo q̄
potius vocet' q̄ꝫ ſit i hac vita q̄ritur. imo ve/
ro fingit': duꝫ imortalitas deſperat': ſine qua
vera beatitudo eſſe nō pōt. Ille qppe beate
viuit: qđ iam ſuperi⁹ diximus. ⁊ aſtruendo
ſatis fiximus: q viuit vt vult: nec male aliqd
vult. Nemo aūt male vult imortalitatē: ſi ei⁹
hūana capax ð deo donāte natura. cuius ſi
capax nō eſt: nec beatitudinis capax eſt. Vt
enim homo beate viuat: oportet vt viuat.
Quē porro morientē vita ipſa deſerit: beata
vita cū illo manere que pōt: Cū aūt deſerit
aut nolentē deſerit ꝓculdubio: aut volentē:
aut neutrū. Si nolentē: quomō beata vita ē:
q̄ ita ē in voluntate vt nō ſit i poteſtate. Cūqꝫ
beatus nemo ſit aliqd volēdo nec habendo:
quāto minus ē beatus q nō honore: nō poſ
ſeſſione: nō qualibet alia re: ſꝫ ipſa beata vita
nolēs deſerit'. quādo ei nulla vita erit: Vn/
de ⁊ ſi null⁹ ſenſus relinquit' quo ſit miſera.
ꝓpterea eni beata vita diſcedit: qm̄ tota vita
diſcedit. Miſer eſt tamē q̄ꝫdiu ſentit: qꝛ ſcit
ſe nolentē ꝯſumi: ꝓpter qđ cetera ⁊ quod p̄
ceteris diligit. Nō igit' pōt vita ⁊ beata eſſe:
⁊ nolentē deſerere: qꝛ beatus nolens nemo
fit: ac ꝑ hoc quantomagis nolentē deſerēdo
miſerū facit. Si aūt volentē deſerit: etiāꝫ ſic
quomō beata erat: quā perire voluit q habe
bat. Reſtat vt dicant neutꝝ eſſe in aīo beati.
id eſt cū deſeri a beata vita: cū ꝑ morteꝫ deſe/
rit tota vita: nec nolle. neq̄ velle ad vtrunqꝫ
eniꝫ parato ⁊ equo animo cōſiſtere. Sꝫ nec
iſta beata eſt vita. que talis ē: vt quē beatuꝫ
facit: amore eius idigna ſit. Quomō eniꝫ ē
beata vita quā non amat beatus: Aut quo/
mō amat': qđ vtrū vigeat: an pereat idifferē
ter accipit': Niſi forte virtutes quas ꝓpter
ſolā beatitudinem ſic amamus ꝑſuadere no
bis audent: vt ipſaꝫ beatitudinē nō amem⁹.
Qđ ſi faciūt: etiā ipſas vtiqꝫ amare deſiſti/
mus: quādo illā ꝓpter quā ſolā iſtas amaui
mus: nō amamus. Deinde quomō erit: ve
ra illa taꝫ ꝑfecta: tā examinata: tā eliquata: tā
certa ſententia: beatos eſſe oēs homines vel/
le ſi ipſi qui iaꝫ beati ſunt: beati eſſe nec nolūt
nec volūt: Aut ſi volūt vt veritas clamat: vt
natura ꝯpellit: cui ſumme bonus ⁊ imutabi
liter beat⁹ creator idiđit hoc. Si volūt iquā
beati eſſe q beati ſunt: beati vtiqꝫ nō eſſe no
lunt. Si aūt beati nō eſſe nolūt: ꝓculdubio
nolūt ꝯſumi ⁊ ꝑire qđ beati ſunt. nec niſi vi/
uentes beati eſſe poſſunt. Nolūt igit' perire
qđ viuūt. Immortales ergo volūt: quicūqꝫ
vere beati vel ſunt vel eſſe cupiūt. Nō autē
viuit beate: cui nō adeſt qđ vult. Nullo mō
igit' eē potuerit vita veraciter beata: niſi fue
rit ſempiterna: Hāc vtrū capiat hūana natu
ra: q̄ꝫ tñ deſiderabilē ꝯfitet': nō parua q̄ſtio
ē. Sꝫ ſi fides aſſit q̄ ineſt eis quibus dedit
poteſtatē ieſus filios dei fieri: nulla q̄ſtio eſt.

An eternitatis capax ſit humana natura.
Capitu. ix.

Umanis qppe argumētationibus
b hec inuenire conātes: vix pauci ma
gno prediti ingenio: abundātes oci
o: doctriniſqꝫ ſubtiliſſimis eruditi: ad inda/
gandā ſolius aīe imortalitatē ꝑuenire potue
runt. Cui tamē anime beatā vitā nō inuene
runt ſtabilē. id eſt verā. Ad miſerias eaꝫ qp
pe vite hui⁹ etiā poſt beatitudine redire dixe
rūt. Et qui eoꝝ de hac erubuerūt ſnia. ⁊ ani
mā purgatā in ſempiternā beatitudinē ſine
corpe collocandā putauerūt: talia ð mūdi re/
troꝛſus eternitate ſentiūt: vt hāc de aīa ſentē
tiā ſuā ipſi redarguāt. Quod hic lōgū ē de/
mōſtrare: ſed in libro. xij. ð ciuitate dei: ſatis
a nobis eſt quantū arbitror explicatū. Fides
aūt iſta totū hominē imortalē futuꝝ: q vtiqꝫ
conſtat ex aīa ⁊ corpe: ⁊ ob hoc vere beatū: nō
argumētatione humana: ſed diuina auctori/
tate ꝓmittit'. Et ideo cū dictū eēt in euāgelio
q̄ ieſus dederit poteſtatē filios dei fieri his q
eū receperūt. ⁊ qđ ſit recepiſſe eū: breuiter fuiſ/
ſet expoſitū: dicēdo credētib⁹ i noīe ei⁹: quo
qꝫ modo filij fierēt dei: eſſet adiūctū. q nō ex

ſanguinib⁹ neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex
voluntate viri: ſꝫ ex deo nati ſunt. ne iſta hoim
q̃ꝫ videm⁹ ⁊ geſtam⁹ ifirmitas tātā excellētiā
Ibidē deſparet: illico ānexū eſt. ⁊ Ꝟbū caro factū ē:
⁊ habitauit i nobis: vt a ɔtrario ſuaderet̄ qđ
incredibile videbat̄. Si eni nata dei fili⁹ ꝓ/
pter filios hominū miſericordia fact⁹ ē hoīs
Ibi. ſ filius. hoc ē eni: Ꝟbū caro factū ē ⁊ habitauit
in nobis hoīb⁹: quāto ē credibili⁹ nata filios
hominis: gratia dei filios dei fieri: ⁊ habita/
te in deo: in q̄ ſolo: ⁊ đ quo ſolo eē poſſunt be
ati participes imortalitatis ei⁹ effecti. ꝓpter
qđ pſuadēdū dei filius particeps nr̄e morta
litatis effectus eſt.

An alio modo oipotēs deus hominem eter
nitati debuerit reformare q̄ꝫ vt ſibi deus fili
us natam vniret humanam. Ca. x.

Os itaqꝫ q dicūt ita ne defuit deo mo
e dus alius quo liberaret hoīes miſeria
mortalitatis hui⁹ vt vnigenitū filiū
deū ſibi coeternū hominē fieri vellet induē
do humanā animā ⁊ carnē: mortaliēqꝫ factū
Heb.2 mortē ppeti: paꝝ eſt ſic refellere: vt iſtū mo/
dū quo nos ꝑ mediatorē dei ⁊ hominū: hoi/
nē xp̄m ieſū deus liberare dignat̄: aſſeram⁹
bonū ⁊ diuine ɔgruū dignitati: verū etiā vt
oſtēdamus nō aliū modū poſſibilē deo fuiſſe
cuius ptāti cuncta eq̄liter ſubiacēt. Sꝫ ſanaꝫ
de nr̄e miſerie ɔueniētiorem modū aliū ñ fuiſ
ſe nec eē oportuiſſe. Quid eni tā neceſſariū
fuit ad erigēdā ſpē nr̄aꝫ mētesqꝫ mortalium
ɔditione ipſius mortalitatis abiectas ab in/
mortalitatis deſpatione liberādas: q̄ꝫ vt de/
mōſtraret̄ nobis q̄nti nos pēderet de⁹: q̄ntū
q̄ꝫ diligeret. Quid vero h⁹ rei tāto iſto iudi/
cio manifeſtius atqꝫ p̄clarius: q̄ꝫ vt dei fili⁹
imutabiliter bonus: in ſe manēs qđ erat: ⁊ a
nobis ⁊ ꝓ nobis accipiēs qđ ñ erat: p̄ter ſue
nature detrimētū nr̄m dignatus eſt inire cō/
ſortiū: p̄us ſine vllo malo ſuo merito: mala
nr̄a pferret: ac ſi iam credētib⁹ quātū nos di
ligat deus: ⁊ qđ deſpebamus iam ſpantibus
dona i nobis ſua ſiue vllis bonis meritis no
ſtris: imo p̄cedētibus ⁊ malis meritis nr̄is
Gal.5 in debita largitate ɔferret: q2 ⁊ ea q̄ dicūt̄ me
Ro.5. rita nr̄a dona ſunt ei⁹. Ꝟt eni fides ꝑ dilecti/
onem operet̄: caritas dei diffuſa ē in cordib⁹
noſtris ꝑ ſpiritūſanctuꝫ qui datus eſt nobis.
Tūc eſt aūt datus: q̄n eſt ieſus reſurrectione
Io.16. clarificatus. Tunc eni cū ſe miſſurū eſſe pro
miſit ⁊ miſit: q2 tunc ſicut de illo ſcriptuꝫ eſt: Eph.4
⁊ ante p̄dictū: Aſcēdit in altū: captiuauit ca/
ptiuitatē: dedit dona hominibus. Hec dōa Ro.5.
ſunt m̄rita nr̄a: q̄bus ad ſummū bonū imor/
talitatis ⁊ beatitudinis ꝑuenimus. Cōmen/
dat aūt inq̄t ap̄lus caritatē ſuā de⁹ in nobis:
q̄m cū adhuc pctōres eſſemus. xp̄s ꝓ nobis
mortu⁹ ē. Multo magis iuſtificati nūc i ſan/
guine ipſius: ſalui erimus ab ira ꝑ ip̄m. Ad Ibidē
huc addit ⁊ dicit: Si eni cū inimici eēmus re
cōciliati ſumus deo ꝑ mortē filij eius: multo
magis recōciliati ſalui erimus in vita ipſius
Quos peccatores dixit p̄us: hos poſterius
inimicos dei: ⁊ quos p̄us iuſtificatos in ſan/
guine ieſu chriſti: eos poſteri⁹ reconciliatos
ꝑ morteꝫ filij dei. Et q̄s p̄us ſaluos ab ira ꝑ
ip̄m: eos poſtea ſaluos i vita ipi⁹. Nō ergo
ante iſtā gratiā quoquo mō peccatores: ſꝫ in
talibus peccatis fuimus: vt inimici eſſemus
dei. Sup̄ius aūt q̄deꝫ ap̄lus nos peccatores
⁊ inimicos dei duobus idētidē nominibus
appellauit: vno velut mitiſſimo: alio plane
atrociſſimo dicēs: Si eni chriſt⁹ cū infirmi Ro.5.
eſſemus adhuc: iuxta tēpus ꝓ impijs mor/
tuus eſt. Quos infirmos: eoſdē impios nū
cupauit. Leue aliquid videt̄ infirmitas: ſed
aliquando talis eſt: vt impietas nominetur.
Niſi tñ infirmitas eſſet: medicū neceſſariuꝫ
nō haberēt: q ē hebraice ieſus: grece ſother:
nr̄a aūt locucutiōe ſaluator. Qđ Ꝟbū latina
lingua antea nō habebat: ſꝫ habere potuit: ſi/
cut potuit q̄n voluit. Hec aūt apoſtoli ſentē/ Ibi. ſ
tia p̄cedēs vbi ait. Adhuc cū infirmi eſſem⁹
iuxta tēpus ꝓ impijs mortuus eſt: coheret
his duabus ſeq̄ntibus: quaꝝ i vna dixit pec
catores: in alia inimicos dei: tāqꝫ illis ſingu
lis reddiderit ſingula. peccatores ad i firmos
inimicos dei referēs ad impios.

Qua ratione in ſanguine xp̄i iuſtificet̄ cre/
dētes: et quomō in hoc ſacramēto totius tri
nitatis ſit operatio. Ca. xj.

Ed quid ē iuſtificati in ſanguine ipſi
ſ us: Que vis eſt ſanguinis huius ob
ſecro: vt in eo iuſtificent̄ credētes. Et
quid eſt recōciliati per mortē filij eius. Ita
ne Ꝟo cum iraſceret̄ nobis deus pater: vidit
mortē filij ſui ꝓ nobis: ⁊ placatus eſt nobis
Nunquid ergo filius eius vſqꝫ adeo nobis
iā placatus erat: vt ꝓ nobis etiā dignaretur
mori. pater vero vſqꝫ adeo adhuc iraſcebatur

vt niſi filius ꝓ nobis moreref nõ placaretur
Et quid eſt q̃ alio loco idẽ ipſe doctor gentiũ.
Ro. 8. Quid inq̃t ergo dicemus ad hec. Si deus ꝓ no
bis: quis ꝯ nos. Qui ꝓprio filio nõ pepcit: ſed
ꝓ nobis oĩbus tradidit illuz. Quomõ nõ ẽt
cum illo omnia nobis donauit. Nunqd niſi
iam placatus eſſet pater: ꝓprio filio non par/
cens pro nobis euz traderet. Nõne videtur
hec illi velut aduerſa eſſe ſentẽtia. In illa mo
rit ꝓ nobis filius: ꝛ reconciliaf nobis pater
ꝑ mortẽ eius. In hac aũt tanq̃ prior nos di/
lexerit pater. ipẽ ꝓpter nos filio non parcit.
ipẽ ꝓ nobis eum tradit ad mortem. Sed vi/
deo q̃ ꝛ antea pater dilexit nos. nõ ſolũ ante/
q̃ pro nobis filius moreref: ſ3 anteq̃ ꝯderet
mundum. ipſo teſte aplo q dicit. Sicut elegit
Ephe. j nos in ipõ ante mundi ꝯſtitutionẽ. Nec fili⁹
patre ſibi nõ parcente ꝓ nobis velut inuitus ẽ
traditus. q2 ꝛ de ipõ dictũ eſt. Qui me dilexit
Gal. 2 ꝛ tradidit ſeipm ꝓ me. Omnia ergo ſimul ꝛ
pater ꝛ fili⁹ ꝛ ambor̃ ſpiritus pariter ꝛ ꝯcor/
diter operanf: tñ iuſtificati ſumus in xp̃i ſan/
guine: ꝛ recõciliati ſumus deo ꝑ mortez filij
eius. Et quõ id factũ ſit: vt potero etiã hic q̃/
tũ ſatis videbif explicabo.

Quo merito homo traditus ſit diabolice po
teſtati. Capi. xij.

Quadã iuſticia dei in poteſtatẽ diaboli
traditũ eſt genus humanũ: peccato ꝑ
mi hoĩs i oẽs vtriuſq̃ ſexus cõmunio
ne naſcentes originaliter tranſeũte: ꝛ paren/
tũ primor̃ debito vniuerſos poſteros obligã
te. Hec traditio ꝑus in geneſi ſignificata eſt
Gen. 3 vbi cũ ſerpenti dictũ eſſet. Terrã mãducabis
Ibidẽ hoĩ dictũ eſt. Terra es ꝛ in terrã ibis. Eo qđ
dictuz eſt: in terrã ibis: mors corporis ꝑnun
ciata eſt: q2 nec ipſam fuerat experturus ſi ꝑmã
ſiſſet vt factus eſt rectus. Qđ ꝟo viuẽti ait.
Ubi. ſ Terra es: oſtẽdit totũ hominez in deterius
cõmutatũ. Tale eſt eniz: terra es: quale iſtđ.
Ubi. ſ Nõ ꝑmanebit ſpiritus meus in hoĩbus iſtis
Gen. 6 qm̃ caro ſunt. Tunc ergo demõſtrauit euz ei
traditũ cui dictuz fuerat: terrã manducabis.
Aplus aũt apertius hoc ꝑdicat. vbi dicit. Et
Eph. 2 vos cũ eſſetis mortui delictis ꝛ peccatis ve/
ſtris: in qbus aliquãdo ambulaſtis ſcđm ſecu
lũ mũdi hui⁹ ſm ꝑncipẽ ptãtis aeris. ſpũs hu
ius q nũc operaf in filijs diffidẽtie: in qbus ꝛ
nos oẽs aliqñ ꝯuerſati ſumus i deſiderijs car
nis nr̃e: facientes volũtates carnis ꝛ affectio
nũ: ꝛ eramus natura filij ire: ſicẽ ꝛ ceteri. Filij
diffidẽtie ſunt infideles. ꝛ quis hoc nõ eſt an
q̃ fidelis fiat. Quocirca oẽs hoĩes ab origi/
ne ſub ꝑncipe ſunt ptãtis aeris: q operaf in fi
lijs diffidẽtie. Et qđ dixi ab origine: h̃ eſt qđ
dicit aplus natura: ꝛ ſe fuiſſe ꝛ ſicut ceteros.
Natura ſc3 vt eſt deprauata pctõ: nõ vt recta
creata ẽ ab initio. Modus aũt iſte q̃ traditus
eſt hõ in diaboli poteſtate: non ita debet in/
telligi: tanq̃ hoc deus fecerit aut fieri iuſſerit
ſ3 q̃ tantũ ꝑmiſerit: iuſte tñ. Illo eniz deſerẽ/
te peccantez: peccati auctor ilico inuaſit. Nec
ita ſane deus deſeruit creaturã ſuã: vt nõ ſe il
li exhiberet deũ creantẽ ꝛ viuificantẽ: ꝛ inter
penalia mala etiã bona malis multa ꝑſtantẽ.
Nõ eni ꝯtinuit i ira ſua miſeratões ſuas: nec
hoĩem a lege ſue ptãtis amiſit: qñ in diaboli
ptãte eſſe ꝑmiſit: q2 nec ipſe diabolus a ptãte
oĩpotentis alienus eſt: ſicut neq̃ a bonitate.
Nã ꝛ maligni angeli vnde qualicũq̃ ſubſi/
ſterent vita: niſi ꝑ eũ q viuificat oĩa. Si ergo
cõmiſſio peccator̃ ꝑ iram dei iuſtaz hominez
ſubdidit diabolo: profecto remiſſio peccator̃
per reconciliationem dei benignam: eruit ho
minem a diabolo.

De conſilio dei quo ei placuit vt poteſtas dia
boli nõ potentia: ſed iuſticia vinceref.

Capi. xiij.

Non aũt diabolus potentia dei: ſ3 iuſti
cia ſuperãdus fuit. Nã quid omnipo/
tente potẽtius. Aut cuius creature po
teſtas: poteſtati creatoris cõparari põt. S3 cũ
diabolus vitio ꝑuerſitatis ſue factus ſit ama/
tor potẽtie: ꝛ deſertor oppugnatorq̃ iuſticie.
ſic eniz ꝛ hoĩes eum tãto magis imitanf: quã
to magis neglecta: vel etiã peroſa iuſticia po/
tẽtie ſtudent: eiuſq̃ vel adeptione letanf: vel
inflãmanf cupiditate: placuit deo: vt propter
eruendũ hoĩes de diaboli poteſtate: nõ potẽ
tia diabolus: ſ3 iuſticia vinceref. atq̃ ita ꝛ ho
mines imitãtes chriſtũ: iuſticia quererẽt dia/
bolũ vincere: nõ potentia. Nõ q̃ potentia q̃
ſi malũ aliqđ fugienda ſit: ſed ordo ſeruandus
eſt quo prior eſt iuſticia. Nã quanta potentia
põt eſſe mortaliũ. teneant ergo mortales iuſti
ciã: potẽtia imortalibus debef. Cui cõparata
quantalibet eor̃ hominũ q potentes vocanf
in terra: ridicula infirmitas inuenif: ꝛ ibi fo/
dif peccatori fouea: vbi videnf mali plurimũ
poſſe. Cantat aũt iuſtus ꝛ dicit. Beatus ho

mo quē tu erudieris dñe: ⁊ de lege tua docue
ris eū. Ut mitiges ei a diebus malignis: do
nec fodiat̄ pctōri fouea. Qm̄ nō repellet dñs
plebem suā: ⁊ hereditatē suā nō derelinquet
Quoadusqȝ iusticia ꝯuertat̄ in iudicium: ⁊ q
habēt eam oēs recto sunt corde. Hoc ḡ tpe q̄
differt̄ potentia populi dei: non repellet dñs
plebē suā: ⁊ hereditatē suā nō derelinquet. qȝ
talibet acerba ⁊ indigna ipa humilis atqȝ in
firma patiat̄: quoadusqȝ iusticia quā nunc ha
bet infirmitas pioꝝ: ꝯuertat̄ in iudiciuȝ. hoc
est iudicādi accipiat potestatē. Qđ iustis in fi
ne seruat̄: cum precedentē iusticiā ordine suo
fuerit potentia subsecuta. Potentia quippe
adiūcta iusticie: vl̄ iusticie accedēte potētie: iu
diciariā potestatē facit. ptinet aūt iusticia ad vo
luntatē bonā. Uñ dictū ē ab angel' nato xp̄o
Gl'ia in excelsis deo: ⁊ in terra pax hoībus
bone voluntatis. Potētia vo seq debet iu
sticiā: nō preire. Ideo ⁊ rebus secundis po
nit̄. id est psperis. Secunde aūt a sequendo
sunt dicte. Cuȝ eniȝ beatū faciāt: sicut supius
disputauimus: due res: bñ velle: ⁊ posse: qđ
velis: nō debet esse illa puersitas: q̄ in eadem
disputatiōe notata est: vt ex duabus rebus
q̄ faciunt beatū posse qđ velit hō eligat: ⁊ vel
le qđ oportet: negligat. cū prius debeat habe
re voluntateȝ bonā. magnā vero postea po
testateȝ. Bona porro volūtas purgāda est a
vitijs: a qb⁹ si vincit̄ hō: ad hoc vincit̄ vt ma
le velit. ⁊ bona iā volūtas eius quō erit. Op
tandū ē itaqȝ vt ptās nunc det̄: sed ꝯtra vitia.
Ppter q̄ vincēda potētes nolunt esse hoīes:
⁊ volūt ppter vincēdos hoīes. Ut qd hoc.
nisi vt vere victi falso vincāt: ne sint veritate
sed opiniōe victores. velit homo prudēs eē:
velit fortis: velit tempans: velit iustus: atqȝ
vt hec veraciter possit: potētiā plane optet at
qȝ appetat vt potens sit in seipso: ⁊ miro mo
do aduersus seipm p seipso. Cetera vero q̄
bene vult: ⁊ tñ nō potest: sicut est imortalitas
⁊ vera ac plena felicitas: desiderare nō cesset:
⁊ patienter expectet.

De omniuȝ debito per nihil debentem xp̄m
soluto. Capi. xiiij.

Ue est igit̄ iusticia qua victus est dia
bolus. Que nisi iusticia iesu xp̄i. Et
quō victus est. Quia cum in eo nihil
morte dignuȝ inueniret: occidit eū tñ. Et vti
qȝ iustum est: vt debitores quos tenebat li
beri dimittant̄: in euȝ credentes: quē sine vl
lo debito occidit: hoc est qđ iustificari dicim⁹
in xp̄i sanguine. Sic quippe in remissionem
peccatoꝝ nostroꝝ: inocens sanguis ille effu
sus est. Unde se dicit in psalmis: inter mortuis ps. 87
liberum. Solus enim a debito mortis: liber
ē mortu⁹. Hinc ⁊ in alio psalmo dicit. Que
nō rapui tūc exoluebā: rapinā volēs intelligi ps. 68.
peccatū. qz vsurpatū ē ꝯ licitū. Uñ p os etiaȝ
carnis sue: sicut in euāgelio legit̄ dicit. Et ec Jo. 14.
ce venit pnceps mūdi huius: ⁊ i me nihil in
ueniet. id ē nullū peccatū. Sȝ vt sciāt oēs in
qt: qz voluntateȝ prīs mei facio: surgite eam⁹
hinc. Et pgit inde ad passionē: vt p debitori
bus nobis qđ ipe nō debebat exolueret. Nū
qd isto iure eqssimo diabolus vinceret̄: si po
tētia xp̄s cū illo agere nō iusticia voluisset: sed
postposuit qđ potuit: vt prius ageret qđ opor
tuit. Idō aūt illuȝ esse op⁹ erat: ⁊ hoīeȝ: ⁊ deuȝ
Nisi eniȝ hō esset: nō poterat occidi. Nisi ⁊
deus esset: nō crederet̄ noluisse qđ potuit: sed
nō potuisse qđ voluit. Nec ab eo iusticiā po
tētie p̄latā fuisse: sȝ ei defuisse potētiā putare
m⁹. Nūc vo humana p nobis passus ē: qz
hō erat. sȝ si voluisset etiā hoc nō pati potuissȝ
qz de⁹ erat. Idō gratior facta ē i humilitate iu
sticia: qz posset si noluisset humilitatē nō ppe
ti tāta i diuinitate potētia: ac sic a moriēte taȝ
potēte: nobis mortalib⁹ īpotētib⁹: ⁊ cōmēda
ta ē iusticia: ⁊ pmissa potētia. Hoꝝ eñi duo
rū vnū fecit moriēdo alteꝝ resurgēdo. Quid
eniȝ iustius. qȝ vsqȝ ad mortē crucis p iusti
cia puenire. Et qd potentius: qȝ resurgere a
mortuis: ⁊ in celū cū ipa carne in q̄ ē occisus
ascēdere. Et iusticia ḡ prius: ⁊ potētia postea
diabolū vicit. Justicia scȝ qz nullū peccatū ha
buit: ⁊ ab illo iniustissime ē occisus. potentia
vero: qz reuixit mortuus: nunqȝ postea mo
riturus. Sed potētia diabolū vicisset: etiaȝ si
ab illo nō potuisset occidi: quāuis maiores sit
potētie eiā ipaȝ mortē vincere resurgendo:
qȝ vitare vincēdo. Sed aliud ē ppter qđ iusti
ficamur in xp̄i sanguine: cum p remissionem
peccatoꝝ eruimur a diaboli potestate: hoc ad
id pertinet qđ a xp̄o iusticia diabolus vincit̄:
nō potentia. Ex infirmitate quippe quam su
scepit in carne mortali: nō ex imortali poten
tia crucifixus est christus: de qua tñ infirmita
te ait apostolus. Quod infirmuȝ est dei: for j Cor. j.
tius est hominibus.

Jn quo ſit diabolus victus a xp̄o. Ca.xv.

n O n eſt itaqȝ difficile videre diabolū
victū: qm̄ q ab illo occiſus eſt reſur/
rexit. Illud eſt maius ⁊ ad itelligēdū
pfundius: videre diabolū victū qm̄ ſibi vicíſ
ſe videbat. id eſt qm̄ xp̄s occiſus eſt. Tūc enī
ſanguis ille: qm̄ eius erat q nullū habuit oīno
peccatū: ad remiſſionē nr̄oꝝ fuſus eſt pecca/
toꝝ: vt q2 eos diabol⁹ merito tenebat: quos
peccati reos ↄditione mortis obſtrinxit. hos
p eū merito dimitteret quē null⁹ peccati reū
īmerito pena mortis affecit. hac iuſticia vict⁹
⁊ hoc vinculo vinctus eſt fortis vt vaſa eius
eriperenť: q̄ apd̄ eū cū ip̄o ⁊ angelis eius fue
rūt vaſa ire: ⁊ in vaſa miſicordie verterenť.
Hec qppe v̄ba ip̄ius dn̄i noſtri ieſu xp̄i de
celo ad ſe facta: cū p̄mū vocatꝰ ē: narrat apl's
paulus. Nā inter cetera q̄ audiuit: etiā hoc ſi
bi dictū loquiť. Ad hoc enim tibi apparui: vt
ↄſtituerē miniſtrū ⁊ teſtē eoꝝ q̄ a me vides
qbus etiā p2e eo tibi liberās te de populo ⁊ d̄
gentibus in q̄s ego mitto te aperire oculos
cecoꝝ: vt auertanť a tenebris: ⁊ a poteſtate ſa
thane ad deū: vt accipiant remiſſionē pecca/
toꝝ: ⁊ ſortē q̄ in ſanctis: ⁊ fidē que in me ē.
Colo. j Vnde ⁊ exhortans idē aplus credētes: ⁊ ad
gratiarū actionē deo patri: q eruit nos ingt
de poteſtate tenebrarū: ⁊ trāſtulit in regnū
filij caritatis ſue: in quo habemus redēptio/
nē in remiſſionē peccatorū. Jn hac redē/
ptiōe tanq̄ p̄ciū p nobis datus eſt ſanguis
xp̄i: quo accepto diabolus nō ditatus ē: ſȝ li/
gatus: vt nos ab eius nexibus ſolueremur.
Nec quēquā ſecū eoꝝ quos xp̄us ab om/
ni debito liber idebite fuſo ſuo ſanguine rede
miſſet: peccatoꝝ retibus inuolutū traheret ad
ſecunde ad ſempiterne mortis exitiū. ſȝ hacte
nus morerenť ad xp̄i gratiam p̄tinētes: p2e/
j Pe. j cogniti ⁊ p̄deſtinati ⁊ electi ante ↄſtitutionē
mundi: quatenus pro illis ipſe mortuus eſt
xp̄us: carnis tantū morte nō ſpiritus.

Ad quā vtilitatē fideliū renatoꝝ mala que
p originale peccatū ſunt cōtracta: conuerſa
ſint. Capi.xvi.

q Vamuis enī ⁊ ipſa mors carnis de
peccato p2imi hoīs originaliter vene/
rit tamen bonus eius vſus glorioſiſſi
mos martyres fecit. Et ideo nō ſolū ip̄a: ſed
omnia ſeculi huius mala dolores: laboreſq̄
hoīum quāq̄ de peccatoꝝ: ⁊ maxime de pcti
originalis meritis veniāt: vn̄ facta eſt: ⁊ ipſa
vita vinculo mortis obſtricta. tn̄ remiſſis pec
catis remanere debuerūt: cū qbus homo p2o
veritate certaret: ⁊ vnde exerceret v̄tus fide
liū: vt nouus homo p teſtamentū nouū: iter
mala huius ſeculi nouo ſeculo p̄pareť: miſe/
riā quā meruit vita iſta dānata ſapienter tole
rās: ⁊ q2 finieť prudenter gratulās. beatitudi
nē vero q̄ȝ liberata vita figurata ſine fine ha
bitura eſt: fideliter ⁊ patienter expectās. Dia
bolus enī a dn̄atu ⁊ a cordibus fideliū foras
miſſus in quoꝝ dānatiōe atq̄ infidelitate: lȝ
dānatus etiā ip̄e regnabat tn̄ p2o conditiōe
mortalitatis hui⁹ aduerſari finiť: quātū eis ex
pedire nouit. De q̄ ſacre lr̄e pſonāt p os apo
j Co. ſtolicū. Fidelis deus q nō pmittit vos tēpta
ri ſupra id qđ poteſtis: ſed faciet cū temptatio
ne exitū: vt poſſitis ſuſtinere. Proſunt autē
iſta mala q̄ fideles pie pferunt: vel ad emen/
dāda peccata: uel ad exercēdā pbandamq̄
iuſticiā: uel ad demōſtrandā uite huius miſe
riā: ut illa ubi erit beatitudo uera atq̄ ppetua
Ro. 8. ⁊ deſidereť ardētius ⁊ iſtātius iquirať. Sed
circa eos iſta ſeruanť. de qb⁹ apl's dicit. Sci/
mus quoniā diligētibus deū oīa cooperanť
in bonū: his q ſcd̄m ppoſitū vocati ſunt ſan/
cti. Quoniā q̄s an̄ pſciuit: ⁊ p̄deſtinauit ↄfor
mes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ip̄e p̄moge/
nitus i multis fratribus. Quos aūt p̄deſtina
uit: illos ⁊ vocauit: ⁊ q̄s vocauit: illos ⁊ iuſti
ficauit. Quos aūt iuſtificauit: ip̄os ⁊ glorifi/
cauit. Hoꝝ p2edeſtinatoꝝ nemo cum diabo
lo pibit: nemo vſq̄ ad mortē ſub diaboli po/
Ibidē teſtate remanebit. Deinde ſequiť: qđ iam ſu
p2a commemoraui. Quid ergo dicemus ad
hec. Si deus p nobis: quis ↄtra nos. Qui
filio ſuo p2op2io nō pepercit: ſȝ p nobis om
nibus tradidit illū. Quō non ⁊ cum illo om
nia nobis donauit. Cur ḡ n̄ fieret mors xp̄i
īmo cur nō p̄termiſſis alijs innumerabilibus
modis quibus ad nos liberandos vti poſſet
oīpotēs: ip̄a potiſſimū eligereť vt fieret: vbi
nec de diuinitate eius aliquid īminutū eſt aut
mutatū. ⁊ de humanitate ſuſcepta tn̄ benefi/
cij collatū eſt hominibus: vt a dei filio ſempi
terno eodēq̄ hoīs filio mors tp̄alis idebita
redderetur: qua eos a ſempiterna morte de/
bita liberaret. peccata noſtra diabolus tene/
bat: ⁊ p illa nos merito figebat in morte. Di
miſit ea ille q ſua n̄ habebat: ⁊ ab illo imerito

eſt ꝑductꝰ ad mortē. Tātū valuit ſanguis
ille vt neminē xp̄o indutū in eterna morte
debita detinere debuerit: qui xp̄m in morte i
Ro. 5. debita vel ad tp̄us occidit. Cōmēdat ergo
caritatē ſuā deus in nobis: qm̄ cum adhuc
peccatores eſſemꝰ: xp̄us ꝓ nobis mortuꝰ
eſt. Multomagis iuſtificati nūc i ſāguine
ip̄iꝰ: ſalui erimꝰ ab ira ꝑ ip̄m. Juſtificati i
quit in ſanguine ip̄iꝰ. Juſtificati plane i eo
ꝙ a pctis oibꝰ liberati. Liberati aūt a pecca
tis oibꝰ: qm̄ ꝓ nobis ē dei filiꝰ qui nulluꝫ
habebat occiſus. Salui ḡ erimꝰ ab ira per
ip̄m: ab ira vtiqꝫ dei q̄ nihil eſt aliud qꝫ iu
ſta vīdicta. Non eni ſicut hominis animi
ꝑturbatio eſt ira dei. ſed illiꝰ ira eſt cui dicit
Ps. 12 alio loco ſancta ſcriptura: Tu aūt dn̄e vir
tutū cū trāqllitate te iudicas. Si ergo iuſta
diuina vindicta tale nomē accepit: etiaꝫ re
cōciliacio dei q̄ recte itelligitur niſi cū talis
ira finit: Nec inimici eramꝰ deo: niſi que
madmodū iuſticie ſunt inimica peccata: q
bus remiſſis tales inimicitie finiūt: ⁊ recō
Ro. 8. ciliāt deo quos ip̄e iuſtificat. Quos tn̄ eti
am inimicos vtiqꝫ dilexit: qn̄qdem ꝓprio
filio ſuo nō pepcit: ſꝫ ꝓ nobis omnibꝰ cuꝫ
Ibidē 5 adhuc inimici eſſemꝰ tradidit eum. Recte
ergo ap̄lus ſecutꝰ adiūxit: Si eni cū inimi
ci eſſemus recōciliati ſumꝰ deo ꝑ mortē fi
lij eius: ꝑ quā facta eſt illa remiſſio peccato
rū. multomagis recōciliati ſalui erimꝰ in
vita ip̄iꝰ. In vita ſalui: qui ꝑ mortē recōci
liati. Quis eni dubitat daturū amicis vitā
ſuā: ꝓ qbꝰ inimicis dedit mortē ſuā. Nō
ſolū autē inqt: ſed ⁊ gloriamur in deo ꝑ do
minū nr̄m ieſū xp̄m: per quē nunc recōcili
ationē accepimus. Nō ſolum ait: ſalui eri
mus: ſed ⁊ gloriamur. Nec in nobis: ſꝫ in
deo: nec ꝑ nos: ſꝫ ꝑ dominū nr̄m ieſuꝫ xp̄ꝫ
ꝑ quem nūc recōciliationē accepimꝰ: ſecū
duꝫ ea que ſuꝑius diſputata ſunt. Deinde
Ibidē ſubiūgit ap̄lus: Propter hoc ſicut ꝑ vnuꝫ
hominē peccatū in hūc mūdū intrauit: ⁊ ꝑ
peccatū mors: ⁊ ita in oēs homines mors
ꝑtranſijt: in q̄ oēs peccauerūt. ⁊ cetera. In
qbus ꝓlixius de duobus hoibꝰ diſputat.
vno eodē p̄mo adā ꝑ cuius peccatū i mor
teꝫ tāqꝫ hereditarijs malis poſteri eiꝰ obli
gati ſumus. altero aūt ſecūdo adam: q non
homo tm̄: ſꝫ etiā deus eſt: quo ꝓ nobis ſol
uente qd̄ nō debebat: a debitis ⁊ paternis
⁊ ꝓprijs liberati ſumꝰ. Proinde qm̄ ꝓ
pter vnū illū tenebat diabolꝰ oēs ꝑ eiꝰ vi
tiatā carnalē ꝯcupiſcētiā generatos: iuſtuꝫ
eſt vt ꝓpter hūc vnū dimittat oēs ꝑ ip̄ius
immaculatā gratiā ſpiritualē regeneratos

De his que ꝑ incarnationē xp̄i ſunt colla
ta credentibus. Capi. xvij.

Sunt ⁊ alia multa q̄ in xp̄i incarnati
one: q̄ ſuꝑbis diſplicēt: ſalubriter i
tuēda atqꝫ cogitāda ſunt. Quoꝝ eſt
vnum qd̄ demōſtratū ē hōi: quē locū habe
ret in rebus q̄s ꝯdidit deus: qn̄qdē ſic deo
ꝯiungi potuit hūana natura: vt ex duabus
ſubſtātijs fieret vna ꝑſona: ac ꝑ hoc iaꝫ ex
tribus ſcꝫ deo: anima ⁊ carne: vt ſuꝑbi illi
maligni ſpiritꝰ q ſe ad decipiēdū q̄ſi ad ad
iuuādū medios interponūt. nō ideo ſe au
deāt homini ꝑponere: qꝛ nō habēt carneꝫ
⁊ maxime qꝛ ⁊ mori in eadē carne digna
tus eſt filius dei: ne ideo illi tāqꝫ deos ſe co
li ꝑſuadeāt: qꝛ videāt eē imortales. Deide
vt gratia dei in nobis ſine vllis p̄cedētibꝰ
meritiſ i homine xp̄o cōmēdaret: qꝛ nec ip
ſe vt tāta vnitate deo vero ꝯiūctus vna cū
illo ꝑſona. id eſt ip̄e homo aſſumptus mox
vt homo etiā deus filius dei fieret vllis eſt
p̄cedētibus meritis aſſecutus. Sꝫ ex quo
eſſe homo cepit eē: ex illo ⁊ deus. vn̄ dictū Joh. j.
eſt: Vbū caro factū eſt. Etiā illud eſt: vt ſuꝑ
bia hominis q̄ maxime impedimēto eſt:
ne inhereat deo: ꝑ tātā dei humilitatem re
argui poſſet atqꝫ ſanari. Diſcatqꝫ homo
qꝫ lōge receſſerit a deo: ⁊ quid illi valeat ad
medicinalē dolorē q̄ndo ꝑ talē mediatoreꝫ
redit q hoibus ⁊ deus diuinitate ſubuenit:
⁊ homo īfirmitate ꝯuenit. Qd̄ autē maius
obediētie nobis p̄beret exēplū q ꝑ inobedi
entiā ꝑieramus: qꝫ deo patri deꝰ filius obe Phi. 2
diēs vſqꝫ ad mortē crucis. Qd̄ p̄miū tāte
obediētie vbi oſtēderet melius: qꝫ i carne
tāti mediatoris: q̄ ad vitā reſurrexit eternā
Pertinebat etiā ad iuſticiā bonitatēqꝫ cre
atoris: vt per eandem rationalem creatu
ram ſuperaretur diabolus: quam ſe ſuper
aſſe gaudebat: ⁊ de ipſo genere venientem
quod genus origine viciata: per vnum te
nebat vniuerſum.

De natiuitate domini ex maria virgine et
ſpirituſanto.

Capi. xviij.

i Thi.2 p Oterat eniȝ vtiq̄ȝ deus hoīem aliū
de ſuſcipere: i quo eēt mediator dei
⁊ hoīuȝ: nō de genere illius adaȝ: q
pctō ſuo genus obligauit humanū. ſic ipm̄
quē ꝑmū creauit: nō de genere creauit ali/
cuius. Poterat ḡ vl' ſic: vl' alio quo vellet
mō creare vnū aliū quo vinceret̃ victor ꝑo
ris: ſed melius iudicauit vt de ipō qd̄ victū
fuerat genere aſſumere hoīeȝ deus: ꝑ quē
generis humani vinceret inimicū. Et tñ ex
virgine: cuius ꝯceptū ſpūs: nō caro. fides
nō libido ꝑuenit. Nec īterfuit carnis ꝯcu/
piſcētia: ꝑ quā ſeminant̃ ⁊ ꝯcipiunt̃ ceteri:
q trahūt originale peccatū: ſȝ ea penitus re
motiſſima credēdo: nō ꝯcūbēdo ſancta ē fe
cūdata virginitas: vt illud qd̄ naſcebat̃ ex
ꝓpagine ꝑmi hoīs: tm̄mō generis nō etiā
criminis originē duceret. Naſcebat̃ nāq̄ȝ
nō trāſgreſſiōis ꝯtagiōe viciata natura: ſed
oiuȝ taliū vitioꝝ ſola medicina. Naſcebat̃
inq̄ȝ hō nullū habēs: nullū habiturꝰ oīno
peccatū: ꝑ quē renaſcerēt̃ liberādi a pctō q
naſci nō pñt ſine pctō. Quāuis eniȝ carna
li ꝯcupiſcētia q̄ ineſt genitalibꝰ mēbris bñ
vtat̃ caſtitas ꝯiugalis: hȝ tñ motus nō vo/
lūtarios: qbꝰ oſtēdit vel nullā ſe in paradi/
ſo añ peccatū eē potuiſſe: vel nō talē fuiſſe
ſi fuit: vt aliqñ reſiſteret voluntati. Nūc āt
Ro.7. illā talē eē ſentimꝰ: vt repugnās legi mētis
etiā ſi nulla eſt cā generādi: ſtimulos inge
rat coeūdi: vbi ſi ei cedit̃ peccādo faciet̃: ſi ñ
cedit̃ diſſentiendo frenet̃. Que duo aliena
fuiſſe a ꝑadiſo añ peccatū: dubitare qs poſ/
ſit. Nā neq̄ȝ illa honeſtas faciebat aliqd in
decoꝝ nec illa felicitas patiebat̃ aliqd īpaca
tū. Oportebat itaq̄ȝ vt iſta carnalis cōcupi
ſcētia nulla ibi eſſet oīno: qñ ꝯcipiebat̃ vir
ginis ꝑtus: in quo nihil dignū morte fue/
rat inuēturus: ⁊ eū tñ occiſurus auctor mō
tis: auctoris vite morte vincēdus: Victor
ꝑmi adā ⁊ tenēs genus hūanū: victus a ſe
cūdo adā ⁊ amittēs genus xp̄ianū: liberatū
ex hūano gener̃ ab hūano crimie: ꝑ eū q nō
erat in crimine: q̄ȝuis eſſet ex genere: vt de
ceptor ille ab eo vinceret̃ genere: qd̄ vicerat
crimine. Et hoc iſta geſtū ē vt hō nō extol/
2 Cō.10 lat̃. Sȝ q gloriat̃ in dn̄o glorief̃. Qui eniȝ
victus eſt hō tñ erat: ⁊ iō victus eſt: q2 ſu/
ꝑbe deus eſſe cupiebat. Qui āt vicit: ⁊ hō
erat ⁊ deus: ⁊ iō ſic vicit natus ex virgine:
q2 deus humiliter: nō quō alios ſctōs rege
bat illū hominē ſed gerebat. Hec tanta dei
dona: ⁊ ſi qua alia ſunt que de hac re no/
bis ⁊ querere nunc ⁊ diſſerere longmeſt:
niſi v̄bū caro fieret nulla eſſent.

Qd̄ v̄bū caro factū eſt qd̄ eſt xp̄us ieſus ⁊
ſapientie theſauros in ſe habebat ⁊ ſciētie.

Capitu. xix.

Ioh.i Ec aūt oīa que ꝓ nobis v̄buȝ caro
b factū tpaliter ⁊ localiter fecit ⁊ ꝑtulit
ſm̄ diſtinctionē quā demonſtrare ſu
ſcepimus: ad ſcientiā ꝑtinet nō ad ſapiētiā
Ibidē Qd̄ aūt v̄bū eſt ſine tpe: ſine loco: eſt pri
coeternū ⁊ vbiq̄ȝ totū: de quo ſi qſq̄ȝ poteſt
quantū pōt veracē ꝓferre ſermonē: ſmo il
Ioh.i le erit ſapientie: ac ꝑ hoc v̄bū caro factū qd̄
eſt chriſtus ieſus: ⁊ ſapiētie theſauros hȝ ⁊
ſciētie. Nam ſcribēs apl'us ad coloſſenſes
Colo.i Volo eniȝ vos ſcire inqt quā ſollicitudinē
habeā ꝓ vobis: ⁊ ꝓ his q ſunt laodicie: ⁊
q̄cūq̄ȝ nō viderūt faciē meā i carne vt ꝯſulē
Colo.2 tur corda eoꝝ: copulati in caritate ⁊ in om
nibus diuitijs plenitudinis intellectus ad
cognoſcendū myſteriuȝ dei: qd̄ eſt xp̄us ie
ſus: in quo ſunt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſcië
tie dei abſcōditi. Quatenus nouerat apl'us
theſauros iſtos: quantum eorum penetra/
uerat: ⁊ in eis ad quanta ꝑuenerat: qs pōt
noſſe. Ego tñ ſcd̄m id qd̄ ſcriptū ē. Vni/
i Cō.12 cuiq̄ȝ aūt noſtrū dat̃ māifeſtatio ſpūs ad vt/
litatē: alij quidē dat̃ ꝑ ſpiritū ſermo ſapien/
tie: ali ſermo ſcientie ſm̄ eundē ſpiritū. ſi ita
inter ſe diſtāt hec duo vt ſapientia diuinis:
Ioh.i ſcientia humanis attributa ſit rebus vtrun
q̄ȝ agnoſco in xp̄o: ⁊ mecū oēs eiꝰ fideles.
Et cū lego: V̄bum caro factuȝ eſt ⁊ habita
uit in nobis: in v̄bo intelligo verbū dei fi/
liuȝ: in carne agnoſco verū filiuȝ hominis
filiū: ⁊ vtrunq̄ȝ ſimul i vna ꝑſona dei ⁊ ho
Ibidē minis ineffabili gratie largitate ꝯiunctuȝ.
Propter qd̄ ſequit̃: ⁊ dicit. Et vidimus
gloriaȝ eius: gloriā q̄ſi vnigeniti a prē ple/
nuȝ gratie ⁊ veritatis. Si gratiā referamꝰ
ad ſcientiā: veritateȝ ad ſapientiā: puto nos
ab illa duaꝝ iſtaꝝ reꝝ diſtinctione quā cō/
mēdauimꝰ nō abhorrere. in rebus eniȝ ꝑ
tempus ortis: illa ſūma gratia eſt q̄ homo
in vnitate ꝑſone ꝯiunctus eſt deo. in rebꝰ
vero eternis ſūma veritas recte tribuit̃ dei
v̄bo. Qd̄ vero idem ipſe vnigenitus a pa

tre plenus gratie ⁊ veritatis: id actū est: vt
idē ipse sit in rebus ꝓ nobis tꝑaliter gestis
cui ꝑ eandē fidē mundamur: vt eū stabilit
cōtemplemur in rebus eternis. Illi autem
p̄cipui gentiū philosophi q inuisibilia dei ꝑ
Ro. j. ca que facta sunt intellecta conspicere potue
runt: tñ q2 sine mediatore. id est sine hoie
christo philosophati sunt: quē nec venturū
ꝓphetis: nec venisse aplis crediderūt: ve
ritatē detinuerūt: sicut de illis dictū est: i ini
qtate. Nō potuerunt enim in his rez infi/
mis ɔstitui: nisi querere aliqua media ꝑ q̄
Ibidē ad illa que intellexerāt sublimia ꝑuenirent.
atqꝫ ita in deceptores demones inciderūt:
ꝑ quos factū est vt imutarent gloriā incor/
ruptibilis dei: i similitudinē imaginis cor
ruptibilis hois: ⁊ volucrū ⁊ quadrupedū ⁊
serpentiū. In talibus eni formis etiā idola
instituerūt: siue coluerunt. Scientia ḡ nr̄a
xp̄s est: sapientia quoqꝫ nostra idē xp̄s est.
Ip̄e nobis fidē de rebus tꝑalibus inserit
ip̄e de sempiternis exhibet veritatē. ꝑ ip̄z
Colo. 2 ꝑgimus ad ip̄m tendimus ꝑ scientiā ad sa
pientiā: ab vno tñ eodemqꝫ xp̄o nō recedi
mus: in quo sunt oēs thesauri sapiētie ⁊ sci
entie abscōditi. Sed nūc de scientia loqui/
mur: post de sapientia quātū ip̄e donauerit
locuturi. Nec ista duo sic accipiamus qua
si nō liceat dicere: vel istā sapientiā que in
rebus humanis est: vel illā scientiā que in
diuinis. loquendi enim latiore consuetudi
Cō. 12 ne: vtraqꝫ sapiētia: vtraqꝫ sciētia dici pōt.
Nullo mō tñ scriptū eēt apō aplm. Alij dat
sermo sapientie: alij sermo: nisi ⁊ ꝓprie sin
gulis nominibus hec singula vocarent: de
quoꝝ distinctione nunc agimus.

Neminē posse sine fide ad verā beatitu/
dinem ꝑuenire. Capi. xx.

i Am itaqꝫ videamus qd sermo iste
ꝓlixus effecerit: qd collegerit: quo
ber. 3 ꝑuenerit. Beatos esse se velle oiū
.15 hominū est: nec tñ omniū est fides: qua cor
mundante ad beatitudinē ꝑuenit. Ita fit
vt ꝑ istā quā nō omnes volūt ad illā tendē
dū sit quā nemo possit esse q nolit. Bea/
tos esse se velle omnes in corde suo vident
tātaqꝫ est in hac re nature humane cōspira
tio: vt nō fallat hō q h ex aio suo de aio con
i cit alieno. Deniqꝫ oēs id velle nos noui
mus. Multi vo imortales se esse posse de

sperāt: cū id qđ oēs volūt. id est beatos nul
lus alit possit. volunt tñ etiā imortales esse
si possent: sed nō credēdo qđ possint: nō ita
viuunt vt possint. Necessaria est ḡ fides vt
beatitudinē ɔseq̄mur: oibus humanena/
ture bonis. id ē ⁊ animi ⁊ corꝑis. Hāc āt
fidē i xp̄o esse diffinitā: q in carne resurre/ Ro. 6.
xit a mortuis: nō moriturus vlterius: nec
nisi ꝑ illū quēqꝫ liberari a diaboli dñatu ꝑ
remissionē pctōꝝ. In cuꝰ diaboli ꝑtibus
necesse est miserā esse vitā: eādēqꝫ ꝑpetuā
q̄ mors est potius dicēda q̄z vita: eadem fi
des hꝫ. De q̄ in hoc libro sic potui ꝓ spacio
tꝑis disputaui: cū iā ⁊ in q̄rto libro huius
oꝑis multa de hac re dixerī: sꝫ ibi ꝓpt aliđ
hic ꝓpter aliud. Ibi scilicet vt ostenderē:
cur ⁊ quō xp̄s in plenitudine tꝑis a prē sit Gal. 4
missus: ꝓpter eos q dicūt: cū q misit: ⁊ eū
q missus est eq̄les natura esse nō posse. hic
aūt ad distinguendā actiuā scientiā a cōtē
platiua sapientia: placuit qppe velut grada
tim ascendentibus in vtraqꝫ reqrere apud
interiorē hoiem quandā sui cuiusqꝫ gene/
ris trinitatē sic p̄us apud exteriorē q̄siui
mus. vt ad illā trinitatē q̄ deus est: ꝓ nr̄o
modulo: si tñ vl' h possumus saltim i enig/
mate ⁊ ꝑ speculū ɔtuēdā exercitatiore i his j Cō. 13
iferioribꝰ rebus mēte veniamus. Huius
igit̄ vba fidei qsqs i solis vocibus memo
rie cōmēdauerit: nesciēs qd significēt. sic
solēt q grece nesciūt greca vba tenere me/
morit: vl' latina silr: vl' cuiusqꝫ alterius lin
gue q eius ignari sūt. Nōne hāt quādā in
suo aīo trinitatē: q2 ⁊ in memoria sūt illi v
boꝝ soni: etiā qñ ide nō cogitat: ⁊ inde for
mat̄ acies recordatiōis eius qñ de his cogi
tat: ⁊ volūtas recordātis atqꝫ cogitātis vtrū
qꝫ ɔiūgit. Nullo mō tñ dixerimus istū cū
h agit fm trinitatē iterioris hois agere. sꝫ
potius exterioris: q2 id solū meminit: ⁊ qñ
vult: quantū vult intuet̄: qđ ad sensum cor
poris pertinet: q vocat̄ auditus nec aliđ q̄z
corporaliū rerū. id est sonorum: tali cogita
tione imagines versat. Si autem quod v
ba illa significant: teneat ⁊ recolat: iā qdē
aliquid interioris hominis agit. sed non/
dū dicendus vel putandus est viuere secū
dū interioris hois trinitatē: si ea non dili
gat que ibi p̄dicant̄: p̄cipiunt̄: promittunt̄.
Pōt eniꝫ etiā ad hoc tenere atqꝫ cogitare

vt falſa eſſe exiſtimãs: conet etiã redargue re. Volũtas ḡ illa q̃ ibi ꝯiungit ea que memoria tenebant: ⁊ ea q̃ in acie cogitatiõis impreſſa ſunt: iplet quidẽ aliquã trinitatẽ cũ ipſa ſit tertia. ſed nõ ſm eã viuit: quãdo illa que cogitant velut falſa nõ placeãt. Cũ aũt vera eſſe credant: ⁊ q̃ ibi diligẽda ſunt diligunt iã ſm trinitatẽ interioris hominis viuit. Scd̃m hoc eniꝫ viuit quiſq; qd̓ diligit. Quomõ aũt diligunt q̃ neſciunt: ſꝫ tamẽ creduntur. Iã q̃ſtio iſta tractata eſt in ſuperioribus libris: ⁊ inuentũ neminẽ diligere qd̓ penitus ignorat. ex his aũt q̃ nota ſũt diligi: qũ diligi dicunt ignota. Nũc librũ iſtũ ita clau-

Abac. 2 dimus: vt admoneamus ꝙ iuſt⁹ ex fide vi-

Gal. 5 uit: q̃ fides ꝑ dilectionẽ operat: ita vt virtutes quoq; ipe quibus prudẽter: fortiter: tẽperanter: iuſteq; viuit: oẽs ad eandẽ referantur fidẽ. Nõ eniꝫ aliter potuerũt vere eſſe virtutes. que tamẽ in hac vita nõ valẽt tantũ: vt aliquãdo nõ ſit hic neceſſaria qualiũcunq; remiſſio peccatoꝝ: que nõ ſit niſi ꝑ eũ qui ſanguine ſuo vicit principẽ peccatorũ. Ex hac fide ⁊ tali vita q̃cũq; notiões ſũt in animo fidelis hominis: cũ memoria cõtinent: ⁊ recordatione inſpiciunt: ⁊ voluntati placent: reddũt quandã ſui generis trinitatẽ. Sed imago dei de qua in eius adiutorio poſt loquemur: nondũ in ipſa eſt. qd̓ tunc melius apparebit cũ demonſtratũ fuerit: vbi ſit qd̓ in futuro volumine lector expectet.

Explicit liber tertiuſdecimus.

Incipiunt capitula libri quartidecimi.


i Que ſit hominis vera ſapientia.

ij De fide que licet ad eterna ꝑducat: temporalis tamen eſt ⁊ cũ ad eternitateꝫ ventuꝫ fuerit ceſſatura.

iij Quid illud ſit animi: in q̃ dei imago ꝑpetua ẽ: ⁊ eterne ſpecies trinitatis.

iiij Qd̓ natura aie etiã deformis ⁊ miſere: nec vitã nec dei imaginẽ poſſit amittere.

v An ẽt paruuloꝝ mẽtes noſſe ſe pñt

vi Qd̓ mens hominis ſine cogitatiõe ſibimet ꝯſpicua eſſe nõ poſſit.

vij Qd̓ aliud ſit aliquid non noſſe: aliud nõ inde cogitare.

viij De ꝑncipali mentis: in quo intuenda eſt ſũme imago trinitatis.

ix An virtutes quibus ad eternitatẽ tẽdit deſinant. cũ ad eterna ꝑduxerint.

x De cognoſcibilibus tpalibus: quorũ alia cognitionẽ noſtrã ꝑueniunt: alia nõ precedunt.

xi An ſemꝑ memoria ꝑteritoꝝ reꝝ ſit: an vero etiaꝫ ꝑſentiuꝫ.

xij Qua facultate mẽs ratiõalis obtineat: vt in eo dei imago reſplẽdeat.

xiij De reminiſcentia in deũ: cuius ſemper capax eſt mentis natura.

xiiij Qd̓ etiã praua mens: nec memoria ſui caret: nec cogitatiõe: nec amore.

xv De mutabilitate mẽtis humane qua fit vt ſicut miſera facta ẽ ex beata ita beata poſſit eſſe ex miſera.

xvi De reformatiõe mentis ad imaginẽ dei: ⁊ quot modis ſpiritus appellatõ diuerſis aſſignet naturis.

xvij Quid ſit inter regenerationẽ baptiſmi ⁊ renouationẽ qua ꝓficit de die in dieꝫ in agnitionem dei.

xviij Poſſe ẽt hoie corpe imaginẽ dei accipi: ſm ꝙ verbũ caro factũ ẽ: cuius immortalitati oẽs ſancti ꝯformabunt.

xix Qua ſui pte hõ ad imaginẽ ⁊ ſilitudinẽ dei factus ſit ad q̃ꝫ proficiẽdo renouat.


Aurelij auguſtini epiſcopi liber quartuſdecimus incipit.

Que ſit hominis vera ſapiẽtia. Ca. i.

Nunc de ſapiẽtia nobis ẽ diſſerẽdũ: nõ de illa dei q̃ ꝓculdubio deus ẽ. Nã ſapiẽtia dei fili⁹ ei⁹ vnigenit⁹ dic̃: ſꝫ loq̃mur de hoĩs ſapiẽtia: vera tñ q̃ ſm deũ ẽ: ⁊ verus ac ꝑcipuus cultus eius ẽ: q̃ vno noĩe theoſebia grece appellat. Qd̓ nomen nři ſicut iã cõmemorauimus volẽtes ⁊ ipi vno noĩe interꝑtari: pietateꝫ dixerunt: cuꝫ pietas apud grecos euſebia vſitatius nõcupet. Theoſebia vero q: vno vbo ꝑfecte nõ põt: melius duobus interꝑtat: vt dicat potius dei cultus. Hãc eſſe hoĩs ſapientiã: qd̓ ⁊ in duodeci-

ſmo huius opis volumine iã poſuimus ſcri
pture ſancte auctozitate demonſtrat: i libꝛo
ſui dei iob: vbi legit dei ſapiẽtiã dixiſſe ho/
mini. Ecce pietas ẽ ſapiẽtia. abſtinere ãt a
malis ſcia. Siue ẽt vt nõnlli d̾ greco epiſte
Iob. 28 men iterp̄tati ſunt diſciplina eſt: q̃ vtiq3 a
diſcẽdo nomen accepit: vñ ꝛ ſcia dici põt.
Ad hoc enĩ3 q̃q3 res diſcit vt ſciat. Quã/
uis alia notione in his q̃ ꝑ pc̄tis ſuis mala
vniuſqſq3 patit vt corrigat: dici ſoleat diſci
plina. Vñ illđ ẽ i epl'a ad hebreos. Quis
eni eſt fili⁹: cui nõ det diſc plinã p̄r ei⁹. Et
He. 12 illđ videt̄⁹ i eadẽ. Oĩs eni ad tp̄s diſciplia
Ibidẽ3 nõ gaudij vr̄ eſſe: ſ3 triſticie. poſtea xo fru
ctũ pacificũ his q p eã certarũt: reddet iuſti/
cie. Deus ẽ ipẽ ſũma ſapientia. cult⁹ ãt dei
ſapientia eſt hois: de qua nũc loqmur. Nã
I. Cõ. 3 ſapientia hui⁹ mũdi ſtulticia eſt apud deũ.
Scd̄m hãc itaq3 ſapientiã q̃ dei cult⁹ eſt: ait
Sap. 6 ſancta ſcriptura. Multitudo ſapientiũ: ſani
tas eſt oꝛbis terrarũ. Sed ſi de ſapientia ſa
pientiũ diſputare eſt: qd agemus. Nunqd
nã ꝓfiteri audebimus ſapientiã: ne ſit nr̄a
de illa ipudens diſputatio. Nõne terrebi/
mur exẽplo pythagoꝛe: q cũ auſus nõ fuiſ/
ſet ſapientiã ꝓfiteri: philoſophũ poti⁹. id ẽ
amatoꝛem ſapientie ſe eſſe rñdit: a q̃ id no/
men exoꝛtũ ita deiceps poſteris placuit: vt
quãtalibet de reb⁹ ad ſapientiã ptinentib⁹
doctrina qſq3 vl' ſibi vl' alijs videret excelle
re: nõ niſi ph̄us vocaret. An iõ ſapientem
ꝓfiteri taliũ hominũ nullus audebat: q2 ſi/
ne vllo pctõ putabãt eſſe ſapientem. Hoc
Pro. 9 aũt nr̄a ſcriptura nõ dicit: q̃ dicit: Argue
ſapiente3 ꝛ amabit te. ꝑfecto eni iudicat
habere peccatũ: quẽ cenſet arguendũ: S3
ego nec ſic qde3 ſapiente3 me audeo ꝓfite/
ri. Satis eſt mihi q2 etiã ipi negare nõ poſ
ſunt: eẽ etiã philoſophi. id eſt amatoꝛis ſa/
piẽtie: de ſapientia diſputare. Nõ eni hoc
illi facere deſtiterunt: qui ſe amatores ſapi
entie potius q̃3 ſapientes eſſe profeſſi ſunt.
Diſputantes autẽ de ſapientia: diffinierũt
eam dicẽtes. Sapientia eſt rerum huma
narum diuinarũq3 ſciẽtia. Unde ego quo
q3 in libꝛo ſuperioꝛe vtrarũq3 reru3 cogni
tione. id eſt diuinarum atq3 humanarũ et
ſapientiam ꝛ ſcientiam dici poſſe non ta/
cui. Verum ſecũdu3 hãc diſtinctionẽ qua
I. Cõ. 12 dixit apoſtolus: Alij datur ſermo ſapiẽtie:
alij ſmo ſciẽtie: iſta difinitio diuidẽda eſt:
vt rerũ diuinarũ ſciẽtia ꝓp̄e ſapiẽtia nũcu/
pet. humanarũ aũt ꝓp̄e ſciẽtie nomẽ obti
neat. De qua volumine t'riodecimo diſpu/
taui: nõ vtiq3 quicqd ſciri ab homine põt i
reb⁹ humanis vbi plurimũ ſupuacue va/
nitatis ꝛ noxie curioſitatis eſt huic ſciẽtie tri.
buẽs: ſ3 illud tãtũmõ quo fides ſaluberri/
ma q̃ ad verã beatitudinẽ ducit: gignitur:
nutrit: defẽdit: roboꝛat. Qua ſciẽtia non
pollent fideles plurimi: q̃3uis polleãt tp̄a fi
de plurimũ. Aliud eſt eni ſcire tãtũmõ qd
homo credere debeat ꝓpter adipiſcẽdã vi
tã beatã: q̃ nõ niſi eterna: eſt. aliud aũt ſci/
re q̃madmodũ hoc ipm̄ ꝛ pijs opituletur: et
ↄtra impios defẽdat: quã ꝓpꝛio appella/
re vocabulo ſciẽtiã videt apl'us. De qua
p̄us cũ loq̄rer: ipam p̄cipue fidẽ cõmẽda/
re curaui: a tẽpoꝛalib⁹ eterna breuiter di/
ſtinguẽs: atq3 ibi d̾ tẽpalib⁹ diſſerẽs. eter
na vero in hũc libꝛũ differẽs etiã de reb⁹
eternis fidẽ tẽpoꝛalẽ qde3 ꝛ tempoꝛaliter i
credẽtiũ coꝛdibus habitare. neceſſariã tñ
ꝓpter adipiſcẽda ipa eterna eſſe mõſtraui
Fidẽ q̃q3 de tẽpoꝛalibus rebus quas pꝛo
nobis eternus fecit: ꝛ paſſus eſt in hoĩe:
quẽ tẽpaliter geſſit atq3 ad eterna ꝓuexit:
ad eandem eternoꝝ adeptionẽ ꝓdeſſe diſ/
ſerui: virtuteſq3 ipas qbus i hac tpali moꝛ
talitate: prudenter: foꝛtiter: temꝑanter ꝛ iu
ſte viuitur: niſi ad eãdem lic3 tẽpoꝛalẽ fidẽ
que tamen ad eterna ꝑducit referãt: veras
non eſſe virtutes.

De fide q̃ lic3 ad eterna ꝑducat: tpalis tñ ẽ
ꝛ cũ ad eternitatẽ ventũ fuerit ceſſatura.

Capitu. ij.

Quapꝓpter qm̄ ſicut ſcriptũ ẽ. Quã 2 Cõ. 5
diu ſumus in coꝛpoꝛe ꝑegrinamur
a domino. ꝑ fidem eni ambulam⁹
nõ ꝑ ſpecie3. Pꝛofecto q̃3dıu iuſt⁹ ex fide Aba. 2
viuit: q̃3uis ſcd̄m hominẽ3 iterioꝛe3 viuat
lic3 ꝑ eandem temꝑalem fidem ad veritatẽ
nitat ꝛ tendat ad eternã: tamen in eiuſde3
fidei temꝑalis retentione: ↄtemplatiõe: di/
lectione: nõdũ talis eſt trinitas: vt dei iam
ymago dicenda ſit: ne in rebus tempoꝛali
bus ↄſtituta videat: q̃ ↄſtituenda eſt i eter
nis. Mens quippe humana cũ fidem ſuã
videt qua credit q̃d nõ videt: nõ aliqd ſem
piternũ videt: Nõ enim ſemper hoc erit: 2 Cõ. 5

qđ vnqꝫ nõ erit: qnãdo iſta ꝑegrinatõe finita qua peregrinamur adomino: vt ꝑ fidez ambulare nec eſſe ſit. ſpecies illa ſuccedet/ ꝑ quã videbimꝰ facie ad faciẽ: ſicut modo nõ vidẽtes. tñ quia credimus videre me/rebimur: atqꝫ ad ſpeciez nos ꝑ fidẽ ꝑductos eẽ gaudebimꝰ. Neqꝫ eñi iã fides erit qua credãt que nõ videt: ſꝫ ſpecies qua videãt q̃ credebãtur. Tũc ergo ⁊ ſi vite huiꝰ mortalis trãſacte meminerimꝰ: ⁊ credidiſſe nos aliquãdo que nõ videbamꝰ memoriter recoluerimus: i p̃teritis atqꝫ trãſactis deputabit fides iſta: nõ i p̃ſentibꝰ rebus ſempqꝫ manẽtibus. ac ꝑ hoc etiã trinitas iſta: q̃ nũc in eiuſdẽ fidei p̃ſentis ac manẽtis memoria: ꝯtuitu: dilectiõe ꝯſiſtit: tunc trãſacta ⁊ p̃terita reperiet eſſe nõ ꝑmauẽs Ex quo colligit: vt ſi iã imago dei ẽ iſta trinitas: etiã ipſa nõ i eis q̃ ſempꝫ ſunt: ſꝫ in rebus ſit habẽda tranſeuntibus.

Quid illud ſit animi i quo dei imago ꝑpetua ẽ et eterne ſpecies trinitatꝭ. Ca. iij

Abſit aũt vt cũ anime natura ſit immortalis: nec ab initio quo creata ẽ vnqꝫ deinceps eſſe deſiſtat: id quo nihil melius habet nõ cũ eius imortalitate ꝑduret. Quid vero melius in eiꝰ natura creatũ eſt: q̃ꝫ q̄ ad ſui creatoris imaginem facta ẽ. Nõ igit i fidei retẽtione: ꝯtẽplatione: dilectione: q̃ nõ erit ſempꝫ: ſꝫ in eo q̄ ſempꝫ erit inueniẽda eſt quã dici oporteat imaginez dei. An ad huc vtrũ ita ſe res habeat aliquãto diligẽtius atqꝫ obſtruſiꝰ ꝑſcrutabimur. Dici eñi p̃t nõ ꝑire iſtã trinitatẽ: ẽt cũ fides ipa trãſierit: q: ſicut nũc eã ⁊ memoria tenemus: ⁊ cogitatiõe cernimus: ⁊ volũtate diligimus: ita etiã tũc cũ eã nos habuiſſe memoria tenebimus ⁊ recolemꝰ ⁊ hoc vtrũqꝫ tertia volũtate iũgemus eadẽ trinitas ꝑmanebit. Quõ ſi nullũ in nobis quaſi veſtigiũ trãſiẽs reliq̃rit: ꝓfecto nec i memoria nr̃a eius aliqd habebimus q̃ recurramus eã p̃teritam recordãtes. atqꝫ id vtrunqꝫ intentõe tertia copulãte s⁊ qđ erat ſcꝫ in memoria nõ inde cogitãtibus nobis ⁊ qđ inde cogitatiõe format. Sꝫ q hoc dicit: nõ diſcernit aliã nũc eſſe trinitatẽ: qñ p̃ſentẽ fidẽ tenemus: videmus: amamꝰ in nobis. aliam tũc futurã: quãdo nõ i p̃am: ſꝫ eius velut imaginariũ veſtigiũ i memoria recõditũ recordatiõe ꝯtuebimur. ⁊ duo hec. id eſt qđ erat i memoria retinẽtis: ⁊ qđ inde imp̃mit in acie recordãtis: tertia volũtate iũgemus. Qđ vt poſſit intelligi: ſumamus exẽplũ de corꝑalibus rebus: deqbus in libro vndecimo ſatis locuti ſumus. Nẽpe ab inferiobus ad ſuꝑiora aſcẽdẽtes: vel ab exterioribꝰ ad iteriora igrediẽtes: p̃mã repperimus trinitatẽ in corpore qđ videt: ⁊ acie vidẽtis: q̃ cũ videt inde formatꝰ: ⁊ in volũtatꝭ itẽtiõe q̃ vtrũqꝫ ꝯiũgit. huic trinitati ſilem ꝯſtituamus: cũ fides q̃ nũc ineſt nobis tãq̃ꝫ corpꝰ illud i loco: ita in nr̃a memoria ꝯſtituta eſt: de q̃ informat cogitatio recordãtꝭ: ſicut ex illo corꝑe acies intuẽtis Quibus duobus vt trinitas impleat: ãnumerat tertia volũtas: que fidẽ in memoria ꝯſtitutã: ⁊ quãdã eius effigiẽ i ꝯtuitu recordatiõis impſſam ꝯnectit ⁊ ꝯiũgit. ſicut i illa corꝑalis trinitate viſionis formã corꝑis qđ videt: ⁊ ꝯformationẽ q̃ fit in cernẽtis aſpectu: ꝯiũgit intẽtio volũtatis. Faciamꝰ ergo corpus illud qđ cernebat interiſſe di lapſũ: nec eius remãſiſſe aliqd in vllo loco ad qđ vidẽdũ recurrat aſpectꝰ: Nũqd q: imago rei corꝑalis iã trãſacte atqꝫ p̃terite remanet i memoria vnde informet recordãtis obtutꝰ: atqꝫ id vtrũqꝫ tertia volũtate iũgat eadẽ trinitas eſſe dicẽda eſt: q̃ fuerat quãdo ſpecies in loco poſiti corꝑis videbatur: Nõ vtiqꝫ ſed ꝓrſus alia. Nã p̃ter qđ illa erat extrinſecus: hec intrinſecꝰ: illã profecto faciebat ſpecies p̃ſẽtꝭ corꝑis: hãc imago p̃teriti. Sic ⁊ in hac re de qua nunc agimus: ⁊ ꝓpter quã putauimus adhibẽduꝫ illud exẽplũ: fides q̃ nũc in animo noſtro eſt: velut illud corpus in loco dũ tenet aſpicitur: amat: quãdã efficit trinitatẽ. ſed non ipa erit: qñ fides hec in animo ſicut corpꝰ illud in loco iã nõ erit. Que vero tũc erit: quãdo eã recordabimur in nobis fuiſſe nõ eſſe. alia ꝓfecto erit. Hãc eñi que nũc eſt facit res ipa p̃ſẽs: ⁊ in animo credẽtꝭ affixa: at illã q̃ tũc erit faciet rei p̃terite imaginatio in recordãtꝭ memoria dreliẽta. Nec illa igit trinitas que nũc nõ eſt: imago dei erit. nec iſta imago dei eſt: que tũc nõ erit. Sꝫ ea eſt inueniẽda in anima hominis. id eſt rationali: ſiue intellectuali imago creatoris q̃ imortaliter imortalitati eiꝰ eſt inſita.

Qꝺ natura aie etiā ꝺfoꝛmis ⁊ miſer nec vi
tā nec dei imaginē poſſit amittere. c.4.

Am ſicut ipa imoꝛtalitas aie ſcꝺm
n quedā modū dicit̃. habet quippe ⁊
aia moꝛtē ſuā: cum vita beata caret:
que vera aie vita dicenda ē. Sꝫ imoꝛtalis
ideo nūcupatur: qm̄ quacūqꝫ vita etiā ſi mi
ſerrima eſt: nūqꝫ deſinit viuere. Ita qꝫuis
ratio vel intellectus nūc in ea ſit ſopit⁹: nūc
paruus: nūc magnus appareat: nūqꝫ niſi
rationalis ⁊ intellectualis ē aia humana. ac
ꝑ hoc ſi ſecūdū hoc facta ē ad imaginē dei
qꝺ vti ratiōe ⁊ intellectu ad itelligēdū ⁊ ꝯſpi
ciēdū deū poteſt: ꝓfecto ab initio quo eſſe
cepit iſta tā magna ⁊ mira natura: ſiue ita
obſoleta ſit hec imago vt pene nulla ſit: ſi/
ue obſcura atqꝫ defoꝛmis: ſiue clara ⁊ pul/
chꝛa ſit: ſemꝑ eſt. Deniqꝫ defoꝛmitatē di/
Ps.38. gnitatꝭ eius miſerās diuīa ſcriptura. qꝫqꝫ
ingt in imagine dei ambulat homo: tm̄ vāe
ꝯturbat̃. Theſaurizat ⁊ neſcit cui ꝯgrega/
bit ea. Non itaqꝫ imagini dei vanitatem
tribueret: niſi defoꝛmem cerneret factam.
Ibi. Nec tātū valere illā defoꝛmitatē: vt auſe/
rat qꝺ ymago eſt: ſatis oſtēdit dicēdo: qꝫqꝫ
Ibi. in imagine dei ambulet homo. Quapꝓpt
ex vtraqꝫ ꝑte veracit̃ ꝓnūciari pōt iſta ſen/
tētia: vt q̄madmodū dictū eſt: qꝫqꝫ in ima
gine dei ambulat homo: tamē vane ꝯtur/
batur. ita dicat̃: qꝫqꝫ vane ꝯturbat̃ homo:
tamē in imagine dei ambulat. Quāqꝫ eni
magna natura ſit: tm̄ vitiari potuit: qꝛ ſūma
nō eſt ⁊ qꝫqꝫ vitiari poterit. quia ſūma nō
eſt: tamē qꝛ ſumme nature capax eſt ⁊ eſſe
ꝑticeps pōt: magna natura ē. Queramus
igit̃ in hac imagine dei quādā ſui generꝭ
trinitatē: adiuuāte ipo q nos fecit ad ima/
Gen. j ginē ſuā. nō eni aliter poſſumus hec ſalu/
bꝛiter inueſtigare: ⁊ ſcꝺm ſapiētiā que ab
illo eſt aliqd inuenire. Sꝫ ea q̄ in ſupioꝛib⁹
libris ⁊ maxime in decimo de anima hu/
mana vel mēte diximus: ſi lectoris vel me
moria teneāt̃ atqꝫ recolāt̃: vel diligētia in
eiſdē locis in quibus ꝯſcripta ſunt recēſeāt̃
nō hic deſiderabit ꝓlixiorē de rei tāte inq/
ſitione ſermonē. Inter cetera ergo i libꝛo
decimo diximus: hominis mētem noſſe
ſemetipaꝫ. Nihil.n. tā nouit mēs qꝫ id qꝺ
ſibi pſto ē. Nec mēti magis qcqꝫ pſto ē qꝫ
ipa ſibi. et alia ſatꝭ q̄ntū viſū ē adhibuim⁹
documēta: qbus hoc certiſſime ꝓbarem⁹.

